


Casa
Gab. R
Est. 60
Tab. 24
N.º

R
60
24





THESEI VITA PER LAPV M FLORENTINVM EX PLVTARCHO
GRAECO IN LATINVM VERSA.



QUAEADMODVM IN ORBIS TERRA ESITV DESCRIBENDO historici solent: ut ad quæ ipsi cognitione aspirare non possunt: extremis tabularum partibus supprimentes quibusdam adiciunt locos esse vastos arenosos & cælo terræque penuriam aquarum aut limum insuperabilem: aut montem stiticum: aut astrictum frigore pontum: ita & nobis in hac uirorum collatione perpetua regum historia quantum probabili oratione assequi potuimus: de his quos supra memorauimus uiris tēpora percurrentibus uere licuit affirmare. Quæ uero antiquiora ac uerustiora sunt: tragica & mōstruosa poetæ & fabulosi regum scriptores occupant: nec ultra fidē ullam nec certitudinem præseferunt. Cum igitur Lycurgi legumlatoris & Numæ regis res gestas litteris mādauerimus: hanc ab re tuerit ad Romulum orationem conuertere: quando historia ipsa ad eius tempora quæ prope accessimus. Sed mihi diu cogitanti huic uiro (ut inquit Aeschilus) quis cōueniret: quem illi opponerem: quis dignus secum in comparatione coniūgi: uisum est tandem faciendum esse: ut a quo celebrata Atheniesium ciuitas amplificata est eum cum

Ambr. de filio



24.FEV.11

gloriosissimæ atq; inuictissimæ urbis Romæ parète conferè & compararè. Licet aut nobis reiectis fabulis ad ipsam clarâ hîstoriæ lucè & ueritatè accedere. Quod sicubi necessitas coget nos ab hac parûper digressos: ad id quod uerissimile sit conferre: a quo fortasse hîstoria abhorreat: nec admittat ullû cû probabilitate cõmertiu: æquis auditoribus opus erit: quique benigne & humane initiû orationis exaudiant atq; approbent. Videtur igitur Theseus multis de causis Romulo q̄simillimus extitisse. Ambo enim cum spurii & obscuro forent existimati sunt a Diis immortalibus procreari esse. Ambo etiam belicosi ac manu strenui: hoc quidem omnes scimus: & quanta maxime fieri potuit prudentia præstiterunt. Ex duabus quoq; clarissimis ciuitatibus Roma & Athenis: alteram hic condidit: alteram ille nouis colonis compleuit. Fœminarum præterea raptus de utroque feruntur: nec eorum quisquam domesticam cladem & crimina snoge effugit: sed ad postremum ambo dicuntur in inuidiam & offensionem ciuium icidisse. Siquid igitur ex his quæ minus tragice dici uidentur ad ueritatem cõducit: Thesei quidem paternum genus in erechtheum ac primos indigenas referebatur: maternum uero in Pelopem. Pelops enim non opibus magis & copiis quam natorum sobole cæterorum Peloponnesi regum potentissimus fuit cum filias per multas optimatibus in matrimonio locasset: multosque in rebus passim principes dispersisset: e quibus unus Pittheus exitit Thesei maternus auus. Qui urbem non magnam troezeniorum incoluit: is qui per id temporis omnibus sapientia & eloquentia plurimum præstare putabatur. Fuit eius sapientiæ ut uideat talis quædam uis ac forma: qualè complexus Hesiodus cum sua scripta sententiis plurimis referisset: sapiens imprimis è habitus: atq; eam unam ex Pitthei sententiis fuisse memorant: Esto satis comiti merces promissa laboris. Cuius rei Aristoteles philosophus est auctor. Euripides etiam cum Hippolytum casti Pitthei disciplinam appellet: hanc eandem de Pittheo opinionem perspicue attestari uidetur. Aegeo uero cum filiis indigeret: uulgatum illud oraculum Pythiam uatem cecinisse ferunt: quo iussit ne cum muliere coiret: priusq; Athenas accederet. Quod cum non satis aperte dixisse uideretur: in Troezenem profectus: de Dei responso cû Pittheo communicauit: Quod huiusmodi fuit: Neue prius uir magne pedem qui prominet utri Soluas: cecropidum quam sacram accesseris urbem. Igitur incertum est qua ratione adductus Pittheus suasionibus aut dolo ad Aethra coitum illum impulerit. Cum uero is mulierem compressisset: rescuissetq; cû Pitthei se filia coiisse: grauidam factam esse ratus: enses & calceos sub lapidem eximia magnitudinis abditos reliquit: qui intus cauatus erat: ut quæ immissa forent apte capere & continere posset. Idq; solû mulieri factum patefecit: mandauitque si ex ea filius nasceretur: & ad uirilem ætatè puectus: saxum summouere: & quæ relicta fuerant tollere atq; asportare posset eum clam omnibus cum his ad se rebus mitteret. Vehementer enim Pallantidarum insidias formidabat: Quæ sibi ab is quotidie parabantur. Quippe qui eum ob solitudinem filiarum contenerent. Erant autem quinquaginta ex Pallante filii. Sic dicebat. Cum exactis mensibus mulier partu puerum edidisset: sunt qui statim ei Theseo nomen inditum esse affirmant: ob signum quæ ad cognitionem filii relinquerat pater depositionem: quam thesim græci appellant. Alii postea Athenis quo tempore illum & filium accepit Aegeus: quam etiam rem illi Thesim idest adoptiõem nominat. Cumque apud Pittheum educaretur: custodem & pedagogum Connidam quendam nomine habuisse: cui usque ad nostram ætatem uno ante Thesei celebritatem die Athenis arietem immolant: memoriaq; beneficii & honoribus huc multo iustius prosequuntur: quam Silamonem & Parrhasium: qui imaginis Thesei pictores ac fictores fuerunt. Vigebat etiam illis temporibus consuetudo: Ut qui ex ephebis excessissent delati in delphos de comis Deo primitias darent. Accessit igitur in Delphos Theseus: & loco etiam his temporibus Thesiae ab illo nomē manet: ut fertur: quare anteriorem capitis partem arrasit: ut de Abantibus scribit Homerus: Atque hoc tonsuræ genus Theseis ob illum nuncupatum est. At Abantes primi hoc tondendi more usi sunt. Quem quidem non ab Arabibus ut quidam existimant didicerunt: Nec Mysios imitati: Sed q; natura bellicosi essent: & prope pugnandi ac præter cæteros manus cum hostibus conferendi peritiam tenerent: ut Antilochus testatur his uersibus: Nec crebros tendunt arcus: nec uerbera fundæ Expediunt: sæuasque ferox mars æquore cædes Infert: & rigido geritur res comminus ense. Hac illi apprime pugna certare periti. Euboia genus acre uirum belloq; superbum. Ne igitur ullas: hostibus ad capiendum ansas darent tondebantur. Hoc & Alexandrum illum Macedonem cum excogitasset: suis ducibus imperasse ferunt: Ut Macedonum barbas arraderent. Quippe quæ in præliis ansæ promptissimæ forer: Reliquum igitur tempus uerum Thesei ortum Aethra occultum habuit. Erat enim rumor Pittheo auctore dissipatus illum a Neptunno esse generatum. Neptunnum enim Troezenii summa religione colunt: & eius Dei tutelæ eorum ciuitas dedicata est: cui & fructuum primitias deligunt: & insignem in nummo tridentem incisum habent. Cum uero primum illius adoleuisset ætas: & una cum corporis uiribus fortitudo ac animi elatio consilio & ratione firmata apparuisset: sic Aethra deduxit ad lapidem: atque ubi illum de suo ortu certiore fecit: iussitq; paterna signa subducere: & iis acceptis Athenas nauigare. At ille lapidem quidem cum subisset: facile repulit: nauigaturum uero se pernegauit: & si secura nauigatio foret: & id mater atque auus summis precibus ab eo cõtenderent: Difficile enim erat terrestri itinere Athenas proficisci: Cuius nulla pars a periculo cæde ac latrociniis uacua esset. Namque ea tempora homines tulerunt manuum quidem operibus ac celeritate pedum & corporum uiribus ut uideretur indefessos insuperabilesq; & qui ad nihil æquum aut conducibile naturæ muneribus uterent: sed quibus contumelia & intolerabilis cõtumacia grata foret: suamq; potentiam in sæuitiam hominè & crudelitatem cõuerterent. Vincere uero in ui ac cæde cuiusq; cõsistere ducerent: pudorem quoq; iusticiam & iuris æqualitatem

ab ignauia & iniuriarum metu proficisci: eaque nihil conuenire iis qui uiribus præstare possent. Ex iis quosdam Circuens interemit Hercules ac deleuit. Qui uero illum latuerunt metuque perterriti subterfugere: ut humiles abiectique contemptui fuerunt. Postea uero quæ Hercules calamitate perfunctus est: interfectoque Iphito discessit in Syriam: atque ibi apud Omphalem diuturna seruitute fuit. Hæc illi necis supplicia soluens: Syriamque res summa pace ac securitate firmavit. Rursus in græcia uitia ac flagitia reuiuiscere ac latius manare cœperunt: cum nemo ea reprimeret nec prohiberet. Erat igitur ea profectio ex peloponneso Athenas euntibus maxime pestifera ac exitiosa: & ex latronibus quæque Pittheus qualis eēt singulatim: quibusque peregrinos afficeret: in medium referens: suadebat Theseo mari Athenas accederet. At eius animū iam pridem Herculis gloria uirtutis uehementer incenderat: eūque semper habebat in hore & eius res gestas ac uirtutes narratibus præoptissimum se auditorem præbebat: maxime uero si quis eum esset intuitus: & alicui eius factis & dicto interfuisset. Sed tunc imprimis perspicuū erat idem illi euenisse: quod posterioribus seculis Themistocli euenit: cum diceret Miltiadis torphæū sibi somnos adimere. Ita illi Herculis uirtutē admirati eius res gestas per noctem somnia referebant: ac interdum ipsum exigebat instigabatque æmulatio eadem facere cogitantem. Erat autem ex matre inter illos affinitas: quæ ex patruelibus nati erant. Aethra. n. Pitthei filia fuit: Alcmena autem Lysidices: Lysidice uero & Pittheus fratres ex Hippodamia ac Pelope geniti. Perindignum igitur & non ferendum ducebat eē illum in omnes improbos inuadentem: terram ac mare purgare: atque tutum omnibus præstare: se uero quæ instarent certamina euitare atque effugere: fama & opinione patrem dedecorantē: uero autem genitori indicia calceos & ensem sine sanguine afferentē: non præclaro aliquo facinore ac rebus gestis certissima signa & notas suæ nobilitatis præbentem. Huiusmodi igitur animo atque consilio iter aggressus est: ut nemini ipse inferret iniuriam: uim afferentibus repugnaret. Ac primum quidem in Epidaurō Periferam qui claua utebatur: ob id Corynetā que corynam illi clauam dicunt nuncupatū: interemit: cum is illum adortus transitu prohibere nitere. Claua autem lætatus accipiensque eam ad armorum sibi usum seruauit: qua deinceps ueluti Hercules leonis pelle perpetuo usus est. Itaque hæc Herculi iudicium quoddam erat: quæ magnitudine ferā superasset. Hic uero clauam cum apud aliū esset: ostendit a se uictā: secum uero inuincibile esse. In Isthmo est Sinem pityocaptam quo pacto ipse multos occiderat: eodem peremit: cum non consuetudine ulla nec exercitatione ualeret: sed declararet uirtutem arti omni atque exercitationi antecellere. Fuit autem Sinidi ipsi filia eximia forma ac magnitudine. Hanc interempto patre fugiens Theseus ambiens perquirebat: illa cum in densissimam syluam asparagorum ac stramine consitam se coniecisset: ut erat natura simplex pueriliter admodum illos ueluti exaudituros orabat: ac uota iureiurando adhibito nuncupabat: si eam abditam atque inuiolatam seruarēt. Reuocante autem Theseo ac fidem dante sibi curæ fore ne quid detrimenti acciperet: ad eum se contulit: ex eoque grauida facta Menalippum genuit: Sed Deioneo Euryti filio in posterum permittente Theseo in matrimonium cessit. Menalippi uero filius Ioxus Ornito socius deducendæ in cariam Coloniae fuit. Unde Ioxides demisso nomine appellantur: quibus mos est patrius neque spinas asparagi neque stoebæ igni cremare: sed honore & cultu persequi. Erat quoque crommyona sus: quæ Phæam uocabant: fera sane haud contēnenda: sed pugna & ad superandum difficilis. Hanc ad rationem itineris nihil pertinētē: ne uideret ex necessitate omnia gerere ad ortus confecit: ac simul improbos homines propulsandæ iniuriæ gratia ratus est bonum uix inuadere oportere. Ex feris uero aduersus generosas plium inire ac periclitari. Sed quædam Phæam mulierem latrocinii intentam fuisse tradunt: capitalē sane hominem atque intemperantē: quæ in his regionibus Crommyonē: id. n. loco nomen ē: incolebat: suemque ex uita ac moribus cognomentum traxisse: inde a Theseo esse interemptam. At scyronem iuxta agrum Megarensium e petra deiecisset: uita priuauit: qui ut uulgatior fama tenet uiatores eo accedentes in prædam uertebat ut uero quidam auctores sunt per iniuriam & contumeliam pedes peregrinis protēdēs alluere iubebat: ac deinde concisos calcibus in mare deturbabat. At Megarenses historici famæ obuiam euntes: & cum Ioxo ac diuturno tempore (ut inquit Simonides) bellum gerentes nec latronem nec contumeliosum hominem Scyronem fuisse asseuerant: uerum latronum hostē & euerforem: bonorum autem ac iustorum uiroꝝ amicū. Acacum. n. græcis omnibus pietate ac religione præstare indicatum esse: ac Cychreum diuinis honoribus ab Atheniensibus coli: Pelei quoque & Thelamonis uirtutem nemini incognitam esse. Scyronem igitur & Cychrei generum fuisse: Aeaci uero socerum: Pelei ac Thelamonis auum: qui ex Endeide Scyronis & Chariclis filia geniti erant. Haud igitur consentaneū esse cum improbissimo homine optimos uiros affinitatem inire uoluisse: maxima ac præciosissima dantes accipientesque. Sed tradunt Theseum non quo tempore primum Athenas accessit: sed posterius Eleusinē cepisse: quæ a megarensibus tenebat Diocle principe fraude decepto: ac Scyronem oppressisse. Ita de his rebus uariæ sunt contrariæque sententiæ. Eleusine quoque Cercyonem arcadem in palestra supeatum interemit: ac paulo prouectus Clamastem per crustē in Hermiona cum coegisset illum idē torturæ genus subire: quod ille hospites: e uita sustulit. Hæc Herculis imitatione gessisse uidetur: Nam ille quo pacto sibi insidiæ paratæ fuerant: eodem ille insidiarum auctores persecutus Busirim imolauit: palestra præstrauit Anthem: singulari certamine cygnum superauit: Termez quoque absciso capite interemit: a quo etiā termerium malū nuncupatum esse memoriæ proditum accepimus Cædens. n. caput Thermæus qui in eum iciderat: omnes hoc pacto ad exitium mortemque perducebat. Sic Theseus ultus facinorosos euasit: quæ ipsi per uim in alios patrarant: eadē ab illo reportantes: uerum quas sibi excogitarat iniuriæ rationes: iisdē iuste supplicium luebant. Sed cum Cephisum attigissent: ex pytalidarum genere homines obuiam prodeuntes primū salutarunt. Expiarique se petentem de more ritibus expiatū: ut sacrificia pacta sunt: conuiuio exceperunt: cum nullus antea itinere humane clemēterque accepisset. Ad sextā igitur

THESEI

iduum cronii mensis: qui nūc aprilis habet: in patriam rediisse dicif: ciuitatē ingressus: iuenit turbationis
 oīa ac discordiā referata: ac priuatim Aegeū ac domū totā pessimo ī statu cōstitutos. Nāq; Medea Corin-
 tho Athenas delata: cū suscepisset se medicamētis Aegeū curaturā: quo filios pcreare posset: in eius se cōcu-
 bitum dederat: q̄ ubi de Thesei reditu prima accepit: imprudēte Aegeo: q̄ senex tūc erat: & ob seditionē ci-
 uium oīa formidabat: psuasit illi: hospitē cōuiuio exceptū uenenis necaret. Ad prādium igit̄ pfectus The-
 seus cū non pbaret se priorē: q̄s eēt edicere: uelletq; ei recognoscendi sui initium pbere appolits carnibus:
 cum cultellū incidēdi gratia distrixisset: illi ostēdit: quo statim cognito aegeus ueneni poculum deiecit: ac
 filium appellās amplexus est. Tum aduocatis ciuibus oībus cognitum fecit prōpte libēterq; ob fortitudi-
 nem excipiētibus. Dicif cadente poculo uenenū effusum eē: quo loco nūc in Delphinio septa sunt: Eam. n.
 urbis partem Aegeus icolebat. & quādam tēpli partē: quā ad oriētē spectat in Aegei portis uocitant: At
 Pelopidā qbus spes iniecta erat occupādi regni: si sine filiis Aegeus moreret: postea q̄ Theseus est successor
 patri cōstitutus: aegre serētes: siqdem nunc Aegeus regnet Pādioni in filiū adoptatus: & q̄ erechthidāq; ge-
 nus nulla p̄pinq̄uitate attingeret: ac rursus Theseus homo peregrinus & aduena: ad bellū icubuerunt: ac
 partiti suas copias pars eorū ex Sphettide palā cū patre ipetum faciunt. Pars gargeti ad se abdētes in īsidiis
 subsederunt. Vt diuersis partibus hostem adorirent. Fuit aut̄ ipsis praeco uir Agnufius Leus nomine. Hic
 Theseo Pallantidāq; cōsilia detulit. Ille repentino impetu adortus eos qui in īsidiis erāt oēs: peremit. Qui
 uero Pallatē secuti: fuerant: accepto cladis nūcio: dissipato exercitu diuersi abierūt. Ex eo ferunt palleneo-
 rum populum agnufiorū cōnubiis prohiberi: morēq; hunc apud eos per praconem denunciandi: Audite
 popule eē sublatum. Id. n. nomen ob uiri prodicionem uehementer oderūt. Inde Theseus ne ocio desidiāq;
 languesceret: & simul gratia & beniuolentia multitudinem deuincere cupiens: ad Marathonium tauq; ex
 urbe profectus est: qui tetrapolitanis per magna detrimenta attulerat: eūq; captū ostentandi roboris gra-
 tia uiuū per mediā urbē egit: & post delphico Apollini imolauit. At quā de Hecale deq; eius hospitio fa-
 bulant̄: haud omnino a ueritate abhorrere uident̄. Hecalesiūq; Hecalo ioui finitimi populi exhibebant.
 Hecalēq; ipsam religiose colebant: hecalenam per diminutionem uocātes: q̄ cū iuuenis admodum hospi-
 tio inuitasset Theseū: supra aetatem huiusmodi blāditiis humane benigneq; excepisset. Ad hāc eo ad praē-
 lium exeunte: uouit se ioui imolaturā si incolumis rediisset ī patriam. Veg; ante reditū illius exticta est: &
 has Thesei iusu hospitii ac benignitatis gratias reportauit: ut Philocorus testat̄: Nec ita multo post tertio
 ex Creta legati de exigendo tributo Athenas accesserunt. Nam cum inualuisset opinio Androgeū ī attica
 dolo eē sublatū: & Minos ipse illato bello multis malis atheniēses affecit. & īfensum etiā numen regionem
 uexauit. Sterilitas. n. agroq; simul & pestis uehemens inuaserat. flumina quoq; exsiccata sunt. lubente aut̄
 Deo placari Minoem cum eo firmata pace: atq; ita eos numinis iram placatum iri malorūq; exitum habi-
 tuos: caduceatoribus in Cretā missis: qui Minoem p̄cibus exorarent: percusserunt: foedus hac lege & cō-
 ditione: ut promitterent se nono quoq; anno septem pueros totidēq; uirgines tributi nomine in Cretam
 esse missuros: ut plurimi scriptores sentire uident̄. Pueros aut̄ delatos in Cretam tragœdiis celebratum ē:
 labyrintho a Minotaurō eē interemptos: aut palantes exitūq; prohibitos: ibi interiisse: Minotaurum uero
 ipsum: ut euripides tradit: mixtūq; genus prolēq; biformē fuisse: dupliciq; natura tauri atq; hominis com-
 positum. Veg; Philocorus tradit hāc cretensibus nō probari: sed labyrinthum carcerē fuisse: qui nihil aliud
 haberet incōmodi: nisi q̄ ex eo effugere q̄ asseruarent non possent. Gymnica etiam certamina in honorē
 Androgei Minos statuit: praemiuq; uictoribus pueros tradidit tantisp̄ ī labyrinthi custodia asseruatos. Vi-
 cit autem prioribus certaminibus Taurus quidam belli dux: cuius Per id temporis apud eos potentia per
 Maxima ferebatur: homo haud miti ingenio neq; mansueto: sed qui multa in Atheniensium filios p̄ sum-
 mā iniuriā & cōtumeliā perpetraret. Aristoteles quoq; in bottiaorū rep. pueros minime interemi solitos
 a Minoe p̄spicue affirmare uidetur. Sed seruoq; numero habitos in Creta consensescere: ac cretenses uetu-
 sto cuidā uoto obnoxios: illos hominū primitias ī Delphos mittere: cū quibus dū mitterentur: admixtos
 eorū filios una emigrasse. Sed cū ibi uictum sibiipsis suppeditare nō possent: in italiā primum transuectos
 iapygiā tenuisse: ac deinde profectos in Thraciā bottiaos nūcupatos esse. Iccirco bottiaorū uirgines sacrifi-
 cio: quodam absoluto canere. eamus Athenas. Visum est igitur ualde odiosum eā ciuitatem inimicam ha-
 bere: quā eloquentia & auctoritate praestaret. etenim Minos perpetuo male audiuit: & in atticis Theatris
 assiduis probris contumeliisq; uexatus est. nec illum ab infamia & ignominia Hesiodus uendicauit: cum
 regno dignissimū: nec Homerus cū iouis discipulū & necessariū appellasset: sed peruicerunt Tragici: qui a
 Pulpito & Scena plurimam de illo seuitiā & crudelitatis infamiā dissiparunt. Atq; Minoē legum latorem
 peribent: Rhadamāthū uero iudicē esse atq; custodem eorū quā ab illo legibus definita sunt. Cum igitur
 tertii tributi tempus instaret: ac parentes quibus erant impuberes liberi sortitos ad tributū dare cogeren-
 tur: rursus aduersus Aegeū ciuiū calumniā & querimonīā renouatae sunt: qui luctu & lachrymis instaret
 rem indignā esse illum caput & causam malorū omniū extitisse: nūc supplicii solū & animaduersionis pe-
 nitus expertem esse: sed ad nothū atq; peregrinum filiū regno delato: ipsos legitimis filiis orbatos & desti-
 tutos contēnere Hāc Theseum excruciabant uehementer: quā minime cōtēnenda ratus: nec praecipuam
 sibi aliquam sortē petendā: sed in cōis fortunā societate eundū: in mediū prodiens seipsum sine sorte dedi-
 dit: ac aliis eius animi elatio & magnitudo maximā admirationi fuit: populareq; eius igeniū summa be-
 niuolētia & amore p̄secuti sunt. At cōtra Aegeus ne id ageret orare & obsecrare: ut uero perspexit: illū nec
 p̄cibus nec suasionibus cuiusq; de snia dimoueri posse: alios sortito elegit pueros. Helanicus uero scribit nō
 sortito lectos ciuitatē dedere: sed praesentē Minoē ipsum deligere solitū: ac primū omnium Theseum ad

foederis pactione deligisse. Fuisse aut huiusmodi: athenienses nauem p̄bere. Cōsendētes aut pueros cum eo nauigare: bellica arma secū nulla ferētes: extinctoq; Minotauro poenā finiri. Itaq; ante id tps nulla salus sperari poterat. Quo circa & nigro uelo nauē: ut ad manifestam p̄niciem emittebat. Eo tpe cū attollere patris aiū & spe bona cōfirmare uellet: efferebat se: pollicebaturq; Minotauro se dōmituro. Quare ægeus uelū aliud album gubernatori tradidit: mādauitq; ut i reditu seruato Theseo albū tolleret: interēpto aut nigro annauigarer: ac cladem a lōge significaret. At Simonides nō albū ait uelū fuisse ab ægeo traditū: sed p̄niciē cū molli fraxini frondētis flore p̄fufum: idq; eoz salutis signū cōstitutum eē: præerat at gubernator nauis Amarsyadas phereclus: ut Simonides tradit. Philocorus ab Scyro ex Salamine dicit accepisse Theseum gubernatorē Nausitheū: qui prorā regebat: Phæacem: cū atheniēses nūdum rebus maritimis intēti foret. Et enim fuisse unū ex pueris Menestā Scyri ex filia nepotem. Hæc Nausitheū & Phæacis sacella attestari uideret. Quæ a Theseo secus Scyri phanū posita sunt: ac festū diem quē gubernatoria uocāt addit eisdē exhiberi. Ductis igit sortibus: Theseus acceptis ex pritaneo iis quoz noīa exierāt in Delphiniū p̄fectus: Apollini p̄ sua sociorūq; salute supplicationem peregit. Erat aut ea ex sacra olea ramus alba lana coronatus: inde nūcupatis uotis septima iduū Ianuarii descēdit ad mare: qua ēt his t̄pibus puellas placaturas in Delphiniū mittit. Dicit ēt Deum illi in Delphis p̄cepisse: Venerē ducē sibi assumere: & ad obeundū una munus puocare. Posthæc ad mare caprā imolanti: in caprim sp̄te mutatā: ob idq; Deam Epitragiā ab hirco: qd̄ ii traigon uocāt nūcupari. Vbi uero nauē est delatus in Cretā: ut scriptū a plurimis ac decātatum est: ab Ariadna eius amore capta accepto filo edoctusq;: qua rōne labyrinthi errores posset euadere: Minotauro oppressit. Abnauigauitq; Ariadna & pueris cōsecutis. Addit ēt pherecydes Cretēsiū nauium fundū Theseū penetrasse: quo p̄secutionē retardaret. Damon quoq; tradit ab eo tauū Minois ducē iterēptum eē i littore: dū nauali p̄lio Theseū a nauigatione p̄hibere nitere: ut uero philocorus p̄didit Minoe ludos celebrāte: tauus cum opinione oīum cūctos deuicturus foret: graui inuidia flagrabat. Eius. n. potentia ob mox contumaciā animos hominū uehementer offenderat. Erat ēt opinio grauior: illū cū Phasiphe cōcubere: Quare petēti Theseo cū eo in certamen uenire permittit minos. Cūq; mos eēt Cretensibus: mulieres quoq; istantibus laudis spectare: p̄sens ariadna & thesei aspectu obstupuit. & certandi peritiam: qua omnes uicerat: admirata est. Gauisus ēt Minos tauū uictum: ignominiaq; affectum: Theseo pueros reddidit: & ciuitatē tributo liberauit. Sed Clidemus seperatī quodāmodo ac sup̄flue de his scribit artius repetito p̄cipio: fuisse græcis omnibus cōe decretum. triremē nullam ullo ex loco nauigare maiorem: q̄ ut quinque hominibus compleri posset. Ducī tantū agros Iasoni circūnauigare fas eē ad mare latrociniis liberandū. Dedalum uero nauis athenas fugientem p̄ter cōstitutionem decreti Minos longis nauibus persecutus: in Sicilia tempestate delatus est: ibiq; uita defunctus. Postea uero q̄ Deucalion minois filius hostili in atheniēses animo de repetendo Dedalo athenas misit: ac nisi dederetur minatus est: se pueros quos obsides minos acceperat: occisurum: clementer & humane responsū est. Theseus aut de Dedalo liberando impetrauit: qui patruelis sibi erat: quippe qui ex merope Erechthei filia natus esset: ipse edificādis nauibus animum adiecit: partim ibi per se longe ac peregrina uia: partim in trœzene per pitheum: uolens q̄ maxime rem latere. Comparatis igitur completisq; nauibus: Dedalo & exulibus cretensium ducibus omnibusq; imprudētibus: cretensibus quoq; amicisq; naues esse opinantibus potitus littore expositis suis Gnosium summa celeritate inuasit cōserroq; p̄elio in ipsis labyrinthi portis Deucalionē comitatūq; eius oppressit: Ariadna i iis turbationibus cōstitutā: inuito cū ea foedere pueros recepit: & inter athenienses & cretenses societate amicitiaq; coniunxit: cū promississent cretenses se nunq; bellum incepturos esse. Multæ quoq; de his opiniones feruntur uariæq; sententiæ ac: de Ariadna imprimis quaz pro: uera nulla probari uidentur. Nam alii aiunt eam a Theseo relictam suspendio uitam finisse. Alii delatam i Naxum a nautis: Onaroq; Bacchi sacerdoti i matrimonio datam. Ut autē relinqueretur a theseo: amorē socia effecisse. Hunc insanus amor domuit p̄noctidos. æglæ. Hunc uersum de Hesiodi poesi excepisse p̄sistratum Nereus megarēsis est auctor quemadmodum rursus in Homeri necyam ad gratiā atheniensiu cōiecisse. thesea perithoūq; isignia pignora diuū Nec defunt qui dicant ariadnā ex theseo Oenopionem & Staphylū peperisse: e quibus Ion chius: est qui de sua patria ita loquit. Hanc olim oenopion thesides condidit urbem. Quæ autē fabulis maxime celebrata sunt in omniū (ut ita dixerim) ore & sermone uersantur. Quædam tamē de iis pp̄ria a Pæone a mathusio litteris prodita sunt. Ait. n. Theseum cū ariadna sponsa in Cyprum ui tēpestatis eē delatum: cūq; ipsa e saulo langueret: nec perferre posset: eam tantū exposuisse: ipsum nauis opitulante a terra rursus in pelagus esse auctum. Itaq; iucolas loci mulieres ariadnā excepisse: eaq; ob solitudinē uiri mœstam atque exanimatam curasse: adulterinas ēt ad eā: ut a Theseo detulisse litteras: in quibus hæc erant illū de suo partu esse sollicitum: atq; p̄pe diem auxilio affore. Defunctā uero uita antea partu solutā: ad sepulturam dedisse. Quo postea q̄ rediit: theseum dolore cōfectum incolis reliquisse pecunias: quæ in ariadnæ sacrificiū erogarentur. duo præterea exigua statuisse simulacra: alterq; argenteū: aureum alterq;. Sic i sacrificio quarta Kal. Gorpizæ idest septembris mensis adulescentem in lecto iacētem uociferare: cæteraque facere: quæ a parientibus fieri solent. Vocari ēt lucū amathusios: in quo ariadnæ ueneris sepulchrum ostendūt. Naxii ēt quidam scriptores: duos fuisse minoes tradunt totidemq; ariadnas: quaz alteram in Naxo Dionysio nuptam fuisse: Staphylūq; peperisse. Natu uero iuniorē a Theseo raptā ac destitutā in Naxū accessisse nutriticq; consecutam Corynam nomine cuius ēt extare sepulchrū: eo in loco ariadnā obiisse diē: honoresque haud prioris similes esse assecutā. Nā illius celebritatē ludis leticiaq; agitari. Quæ autē in huius honorē fiunt sacrificia: mœrore oīa ac luctu eē referta. Ex Creta autē Soluens: in Delum se cōtulit. Cūq; Deo imolasset: cōstituto

ibi ueneris sigillo: quod ab ariadna acceperat: una cum pueris choro instituit: eum quē adhuc delios obseruare ferūt: circuitus atq; exitus labyrinthi hac imitatione recēcentes: q̄ numeris quibusdam alternis orbibus orbes ipediat. Id autē chori genus Geranus a deliis nuncupat: ut Dicæarchus scribit. Atq; hunc chorū circa ceratonē arā celebravit: ex cornibus cōcinnis & inter se cōgruentibus sinistris ominibus structā, ab eodem statutū in Delo certamē memorat: uictoribusq; tunc primū palmæ p̄m̄ium eē p̄positum. Sed cum attico agro appropinquaret: ei simul ac gubernatori memoria p̄gaudio excidisse: uellū attollere: Quo eorū salutē ægeo significari oportuit: at illum despato filii reditu e saxo se p̄iecisse atq; ita extinctum eē. Naue eo aduectus. Theseus solēnia sacra q̄ in discessu uouerat. Diis imortalibus peregit: de salute et p̄ p̄conē athenas nūciauit. Vege is multos ex regis iteritu i squalore & lachrymis mœstos offendit. Alios et ut credibile est in cōi salute læticia exultātes: & q̄ illū certati plausu coronisq; exciperēt. Acceptis igit coronis Caduceū coronauit. Reuersus autē ad mare: nudum peractis a Theseo libationibus extra expectauit: q; sacrificiū turbare nollet. Quo absoluto Aegei mortē nūciauit. Illi magno luctu tumultu & trepidatione i urbē se receperūt. Vnde hodieq; consuetudo manet: ut in celebritate quæ oscophoria a ferendis ramis uocant. Nam oschus ramus est: non nuncius ipse. Sed caduceum coronetur & post libationes huiusmodi qui interfunt: emittāt uoces: Eia heu heu: quorum altero in festinatione ac bellicis p̄æanibus uti solent. Alterum consternationis ac turbationis est. Patre igitur ad sepulturam dato: apollini uotum persoluit nonis iulii. Eo. n. die in urbē se incolumes receperunt. Quare & legumina ob eā causam aiunt coqui: q; seruati allata sibi cibaria in unū confuderint: & communi ad coquendum olla adhibita congressi in uicem atq; epulati sint. Eresionam uero id est oleæ ramum lana coronatum: erion enim lana est: ut tunc ad supplicationem efferunt. Variis autē peractis lustrationibus ob sublatam agrorum infœcunditatem cantu p̄sequuntur: ficus ac panes pingues & incadis mella portantes: oleo perfricantur. Ad hæc culigna uino mero coronata ueluti tumultenta iacet. Atqui hæc sacra herculidis exhiberi quidam aiunt. Hoc pacto ab atheniensibus enutriti. Sed plures superioribus magis assentiri uidentur. Nauis autem qua cum pueris Theseus nauigauit: & qua rursus i patriā seruatus est: quæ triginta remorum fuit: usq; ad Demetrii Phalerii tempora atheniēses seruauerunt: cum uetustis lignis subtractis: alia quotidie noua ac ualida conicerēt atque coaptarent: ita ut posteriore sermone usurpata exemplum philosophis ambiguitatis manserit: aliis eandem: aliis uero minus esse affirmantibus. Ad hæc oschoriorum celebritatem agitant a Theseo constitutam. Non enim omnes uirgines sorte lætas ipsum eduxisse tradunt: uerum ex equalibus eius ac familiaribus duos adolescentes aspectu quidem pueriles ac muliebres. animis autem fortes & strenuos cum balneis calidis a luce semotos: unguentis quoque quæ ad comam & leuitatem corporis coloremque conducunt: reliquisque ornamentis pro facultate immutasset uocem etiam & gestum atque incessum edocuisset: & q̄ similes potuisset: & nulla re dissimiles uirginibus reddidisset: in uirginum numerum celatis ea de re omnibus coniecisse. Postea igitur quā reuersus est pompas ac dies festos cum impuberibus: ita ut nunc quoq; ramos ferentes uidemus: indutis agital se: Ferunt autem ramos ad Dionysii & ariadnæ gratiam admoniti fabula: uel potius q; tum cum redierūt poma importabantur. Quæ uero mulieres cœnam ferunt adhibentur: & sacrorum participes fiunt: matres lectarum uirginum referentes. Et enim ad filias accedentes illæ cibos & obsonium attulerunt. Fabulæ et narrantur: q; eæ quoq; recreandi solandiq; gratia pueris fabulas enarrassent. Hæc igitur a Damone memoriæ prodita sunt. Locum etiam sibi ad tēplum optauit: domos p̄terea easq; q̄ tributum impēdebant statuit sibi pecunias i sacrificium pro ratione tributi contribuere: Idq; sacrificiū p̄missum sibi a Theseo phitalide obibant: hospitii benignitatē huius beneficii memoria p̄secutus. Post Aegei mortem magnum opus atq; admiratione dignum aggressus est: omnesq; qui Atticam incolebant in urbem coaptauit. & in populū omnes unius ciuitatis compulit: cum ante sparsim uarios habitarent locos: & difficulter pro cōmuni omniū utilitate cōuenire possent: Interdum et dissidentes bello inter se incertarent. Igitur omnes p̄ populos ac genera obiens: suadere conabat: priuatis atq; inopibus celeriter eius monitis hortationibusque audientibus: potentibus uero & factiosis spe iniecta sine rege remp. & popularē statū se tantum belli ducē ac legum custodem fore. Aliis autē rebus paritatem atq; æqualitatem oēs habituros. Hæc alii sua sponte & uoluntate facere adducti sunt. Alii q; eius potentiam: quæ iā tum maxima erat: atq; animi magnitudinem formidarent. ob temperare suasionibus: q̄ ui cogi maluerunt. Cū igitur singulorū prythaneas ac magistratus substulisset: unumq; & cōmune omnibus prythaneū & unū senatū constituisset: quo in loco adhuc et licet intueri: ciuitatem Athenas nūcupauit: & panathenea quod est Mineruæ festū: cōmunem celebritatem decreuit. Sacrificia de receptis in ciuitatem colonis peregit: quæ metœcia id est aduēticia uocant: decima quinta Kal. maias: quod sacrificiū usque ad nostram manauit ætatem. Atque deposito regno a Diis orsus ut suscepit ciuibus se factū: remp. stabiliiuit. Nā cū de ciuitatis statu cōsultum Apollinē mississet: huiusmodi ei oraculū ex Delphis allatū ē. Aegida Theseu pittheidos ædite parthū ipse pater multis fines meus urbibus olim Constituit: ueltraq; dedit ditione teneri. tuq; iuicte malis animo ne cede labori. Vt ut insanis pelagi iactaberis undis. Hoc et posteriori ætate Sibyllā ad urbē Coram dixisse autumat: cum exclamasset: ipse madebis uter: sed nō fas mergier unq;. Magis uero amplificare uires ciuitatis cum uellet: mortales oēs ad eadē uitæ æqualitatē uocauit. Et id: huc populi oēs accedite: thesei edictū fuisse dicit: quo ex omnibus populis unū corpus a se cōstitui declarauit. Haud tamē cōfusus populū & idigestū ob multitudinem: quæ nullo delectu ac discrimine in urbē cōfluxerat: cōtēnendum putauit. Vege primus nobiles quos æupatridas sic ab eo dictos seiunxit: tū cultores & quæstuosos artifices. Nobilibus quidem tractandi tē diuinā magistratus ex suo ordine creandi administrandiq; leges: tum pia religiosaq; interpretandi defir

niendiq; p̄tatem fecit: eosq; cū cæteris ciuibus quasi ad æqualitatē redēgit: cū honore quidē & gloria nobi-
 litas: usū uero ac necessitate cultores multitudine artificijs intēti superare uiderentur. Quod autē ipse pri-
 mus ad uulgum inclinari: ut Aristoteles inquit: & dominatu se abdicari: Declarat Homerus in nauium
 cathalogo: in quo Atheniēsiū tantūmodo populū appellat. Nūmum p̄terea statuit. Bouēq; in eo icidit:
 uel ob marathoniū tauge: uel ob minois ducē: uel qđ ad agri cultionē ciues puocare uellet. Ab eo nummo
 dici hecatombœon: quod ē cētum bouū: & decabœon quod decem nomē traxisse. Sed cum Megarēsiū
 agrum firmiter ad Atticā adiunxisset. Celebratā illā in isthmo columnā erexit: epigrāmaq; inscripsit: quod
 duobus trimetris regionē diuidebat: in quib; quæ ad orientē solem spectant: Hæc nō pelopōnesus: sed io-
 nia: quæ uero ad occidentē Pelopōnesus ē: nō ionia. Certamē quoq; ab eo primū Neptūno institutum im-
 mitatiōe Herculis: Gloriarī ēt quādōq; ē solitus ob illum ioui olympia: ob se uero Neptūno isthmia a græ-
 cis celebrari. Qđ. n. ibidē in Melicertæ honorē cōstitutū ē: noctu agebat: iniciādi magis q̄ spectaculi aut. Ce-
 lebritatis speciē p̄ se ferens. Nonnulli tamē opinant̄ in Scyronis honorē isthmia inuēta a theseo & insti-
 uta ēē: quo se a cæde ob p̄p̄iuitatē expiaret. Scyronē. n. filium fuisse Caneti & Eniochæ Pitthei filia. Alii
 uero Sinem nō Scyronem: & huius gratia nō illius certamē ēē cōstitutū. Statuit igiŕ conuenitq; cū corin-
 thiis: ut Atheniēses ad isthmia accedētes tanto in spectando sedentes p̄ferrentur cæteris: q̄tum nauis ue-
 lum q̄ eo spectandi gratia appulsa erat: extēsum loci occuparet: quēadmodū ab Hellenico & Androne ha-
 licarnasleo scriptū accepimus. Inde in Euxinū pontum nauigauit: ut Philochorus & alii pleriq; tradūt: cū
 Hercule aduersus amazones militauit: ac uirtutis p̄miū Antiopam accepit. Sed plures e qbus est Pheracy-
 des Hellenicus atq; Herodotus aiunt post Hercule priuata classet Theseū nauigasse: & amazonē captiuam
 cepisse. Atq; hi quidē probabiliora uidentur dicere. Alteri. n. nemini ex comitibus memoratur amazon cō-
 tigisse captiuam. Bion at Theseum ait: cū ea dolo subrepta abisse. Natura. n. amazonas uirosas ēē: ita nec The-
 seum ī agrū inuadentē fugisse: sed munera illi misisse. Illum uero cū muneribus missam mulierē adhorta-
 tū nauē conscēdere: ubi cōscēdit deducta naui discessisse. At Menecrates quidā q de Nicea Bithyniæ ciuita-
 te historiā edidit: Scribit Theseū cū Antiopa in iis regionibus diuersatū ēē: affuisse ēt in eius exercitu tres ex
 athenis adolescētēs inter se fratres: Euneū: Thoantem: & Solcentē. Hunc igiŕ cum antiopā flagraret: celatis
 aliis cū uno ex familiaribus rē cōmunicasse. At ille cum de his cū antiopa ī sermonē uenisset: illā hoiem re-
 pudiasse. Rē uero prudenter simul humaneq; tulisse: nec Theseo unq; detulisse. At Solcentē ubi de spe deci-
 dit: projecisse se in fluuiū: interiisseq; hunc casum tulisse grauit̄. Theseū cū adolescentis interitum accepit
 set: & cām: & quoddā pythiæ oraculū ad se ipsum rediens in mentē reuocauit. Fuisse enim sibi in Delphis
 a pythia iŕperatum simulac contigisset: ut in peregrina regiōe angeretur: maxime excrucieturq;: eo tūc in
 loco urbem cōderet: & dūces quosdā relinqueret ex his q eum cōsecuti essent. Ex hoc cōditæ a se urbi py-
 topolim ab eo nomē ēē inditum: & p̄p̄inquo fluuiū solcentē in honorē adulescentis: relictos quoq; ēē illi-
 us fratres: ut p̄fectos ac legū latores. Cūq; his Hermū uig; atheniensem ex nobilitate: a quo & locū Her-
 mi idest Mercurii domū a pytopolitānis nuncupari: nō recte secūdā syllabā graui accentu notātibus: & glo-
 riam ad Deū ab Heroe transferentibus. Itaq; ac de cā bellū ad amazonibus ortum est. Videtur autē eaq; faci-
 nus neq; humile neq; muliebre fuisse: Nā nunq; in urbe castrametata forent: nec in pynce p̄lium confer-
 uissent: nisi potitæ agro intrepidæ urbē inuasissent. Quare quēadmodū tradit Hellenicus Cimmerico bo-
 sporo frigore cōcreto transuectas irrupisse creditu perdifficile ē. Quod autē ī urbē castra posuerit: ex nomi-
 nibus locoz & interemptaz sepulchris apparet. Diuturna uero dubitatio & commoratio utriq; fuit ado-
 riēdi hostem. Ad postremū Theseus cū phœbo imolasset: cū illis cōseruit p̄lium. Quo qđē iunio mēse de-
 pugnatū ē: in cuius memoriā Bœdromia adhuc a mensis nomine bœdromiōe dicta athenienses pera-
 gunt sacrificia. Tradit autē Clidemus: cū p̄sequi singula exquisitius uellet: amazonū sinistrū cornu se ad
 locum: cui nunc Amazonio nomē est: cōuertisse dextero aut eas ī pynce p̄ Chrysam ēē p̄fectas: cū iis ibi pu-
 gnasse athenienses: cum a museo ī amazonas icidissent: Ad hæc & interemptaz sepulchra in lata uia exta-
 re: ea quæ ad portas ducit secus chalcodontis phanum: quas nunc piraicas uocitant. Atq; inde ui usque ad
 Eumenidas ēē reiectos: ac mulieribus loco cessisse. Ex palladio uero & ardetto ac lycio iŕguentes p̄pulisse
 dextz eaq; cornu usq; ad castra: multazq; illaz cecidisse. Sed quarto deinde mēse ictū esse p̄ Hippolytam
 foedus. Hippolytā. n. hic eā quā sibi iunxit theseus: nō Antiopā appellat. Quidam scribunt cū theseo pugna-
 certantē Molpadia: ictam cōcidisse: colūnaq; quæ secus telluris Olympiæ phanū est: huius gratia erectam
 esse. Nec miŕ mihi ēē uidetur: in rebus adeo a memoria nostra p̄p̄ uetustatem remotis uagari historiā:
 nec certitudinis quippiā habere. Nā tradunt sautias amazones ab antiopa in calcidē clam missas: ibiq; cura-
 tas esse: & eaq; quasdā ibi ēē sepultas: locoz illi hodieq; amazoniū nomē manere. Veg; hoc bellū foedere ēē
 cōpositum: & loci eius qui iuxta thesei phanū ē: cognomentū: quod orcomosion uocant: nos iusiurandi lo-
 cum possumus dicere: testimonio est: & quæ amazonibus ante Thesei celebritatem sacrificia diu exhibita
 sunt. Ostendunt quoque & Megarenses apud se ad locum Rhum appellatum amazonum sepulchrum
 ex foro abeuntibus rotundum. Dicitur & in cheroniam alias interisse: & iuxta fluuium condiditas esse: cui
 superioribus sæculis Thermodonti: nunc Hemonii nomen est: de quibus in Demosthenis uita men-
 tio facta est: Videntur etiam non sine clade amazōe Thessaliā transisse. Sepulcha enim etiam his tempo-
 ribus circa Scotuseam & canis capita extant. Hæc de amazonibus digna memoria uisa sunt. Namque de
 amazonum motu & insultu in theseum facto ob nuptā sibi phædrā cōsilio antiopæ & aliāz una secum
 iniurias p̄sequē: iū deq; clade & interritu ab Hercule illis illato: theseidos auctor litteris p̄didit: ea cōmētis
 fabularum similia: q̄ ueritati uidentur ēē. antiopa aut uita defuncta: phædrā in uxorem accepit. Cum ex

THESEI

Antiope filium haberet Hippolytum: ut uero Pindarus tradit Demophontem. Infelicissimū uero phædra Hippolytiq; euentū: quoniam historici de eo a tragicis nihil dissentiūt: Nos quoq; idē sentire debemus ut ab iis oībus factitatū est. Sunt & aliæ de Thesei nuptiis opiniones a Scena seiuncte: q̄ neq; mitia pricipiat neq; foelices exitus habeāt. Nā anaxonā q̄dam troezeniam rapuisse dicit: interfecto Sine & Cercyone ipsoq; filias ui cōpressisse: duxisse at̄ uxore phiboeā aiacis matrē ac rursus Phereboeā & Hiopā Hiphiclis filiam & ob Aeglæ amorē panopei filiā (ut dī) ariadnā turpiter ab eo repudiatā eē criminant: & post oīa Helenæ raptum: qui atticā bello uniuersam referferit: sibiq; exilium ad postremū & cladem cōflauit: de qbus paulo posterius explicabitur. Sed cum a pstantibus uiris multa per id tēporis confecta certamina sint nulli iterfuisse Theseum tradit Herodorus: lapitis tantū socium fuisse: quo tēpore cum Centauris pugnatū est: Quidam uero affirmant in Colchos cum Iasone pfectum & cum Meleagro ad opprimendū aprum: & ob hoc in cōmunibus prouerbiis usurpari solitum esse: non sine Theseo. Ipsum aut̄ nullo socio multa ac pulcherrima certamina confecisse: eūq; de illo oīum sermonem alter hic Hercules plurimū increbuisse. Adrasto etiam est opitulatus in recuperandis cadaueribus: eoz; qui apud Thebas occiderant: non ut Euripides scribit in tragœdia superatis praelio thebanis: sed cōmuni foedere firmatis cōditionibus. Hæc a plurimis celebrata sunt: memoriæq; & litteris prodita. Philocorus quoq; foedera de recipiendis cadaueribus prima illa fuisse testatur. Verum ab Hercule primū restituta eē cadauera in eius uita scribitur. Sepulchra aut̄ uulgi in eleutheris extant: sed principū circa eleusinem: idq; a Theseo ad gratiā adraasti gestum memoratur: ab Euripidis uero sententiā plurimū dissentit Eschylus i eleusiniis: in qbus Theseus hæc dicēs inducīt: amicitiam uero inter eum ac perithoum hoc tradunt inicium habuisse: Cum rumor eius roboris & fortitudinis uehemēs foret: cupido perithoum incesit eius rei periculum facere. Itaq; Thesei boues e Marathone expulit Cūq; nunciaretur sibi illum cū armata manu eo aduentare: minime in fugā se dedit: sed cōuersus obuiam iuit. Vbi uero alterq; alter aspexit & formæ dignitatem pstantiamq; & ai magnitudinem: admiratus uterq; est: delectatusq; uehemēter manus cōseruerunt. Sed perithous prior ptendens manum iussit Theseum iudicii munus suscipere: & de bouū expulsionē cognoscere ac iudicare. Se enī haud inuitum quodcūq; stauerit ille: suppliciu subituz. At Theseus supplicium quidē remisit illi: & ut secum amicitia & societate iniret ortatus ē. Sic iureiurando amicitia firmarunt. Ex hoc cū Deidamiā i matrimonio accepisset. Theseum orauit secum una proficisci: regionem inuisere: & se in Lapithaz congressum & colloquium dare. Inuita rat etiam ad cœuam Centauros: ut uero calere res cœpit: & ii lasciuientes petulantia corruptiq; uino: mulieribus iniecerūt manus: ad resistendū Lapithæ se cōuerterunt: ac aliis quidē pemptis: alios bello sub actos socio & adiutore Theseo e regione postea exegerunt. Sed Herodorus negat hæc eo pacto esse gesta: uerum ait exorto iā bello Theseum Lapithis opē tulisse: ac tunc primū ab eo Hercule eē uisum: nec sine admiratione in eū ab errore ac certaminibus in trachine qescentē incidisse. Fuisse aut̄ eum congressum honori utriq; ac uoluptati. Attamen arbitror cuius magis probari eoz; opinionem: qui dicant eos in unum sæpius conuenisse: & Herculem Thesei studio & opera initiatum eē mysteriis: & ante initiationē expiatum: quod ita: quibusdā ab eo rebus inuite gestis: fieri oportuit. Cū uero iam eēt ad quinquagesimum annum ætate prouectus: ut Hellanicus scribit: Helenā rapuit: haud ætate suadēte. Vnde hoc quidam crimen: ut maximū ac foedissimum tegere cupientes: aiunt Helenam nō ab eo raptam: sed ab Ida & Lynceo: atq; apud eū depositam & asseruatam eē: nec Dyoscoris eius fratribus exigentibus restitutam: uel a Theseo permittente Tyndaro ob metum Enassori Hippocoontis filii adhuc pene infantē ui illata esse direptam. Quæ uero ad ueritatē propius uidetur accedere: & plurimorum testimonio nituntur: huiusmodi sunt. Cum Spartam ambo uenissent: puellam in Dianæ tēplo chorum quē Orthiam uocant: exercētē: diripuerunt effugeruntque. Missis autem ad persequendum militibus: nondum longe a Tegea digressis: in tutto constituti. Peloponnesum transfecit: in has leges & condiciones uenerunt: ut cui Helena sorte euenirēt: is uxorem haberet: atq; alteri ad aliā comparandam uxorem operā suam præstaret in hanc pactionē ductis sortibus Theseo obligit. Itaq; accepta uirgine: quæ nōdū nuptui idonea erat: in Aphidnas detulit: ibique cū matre reliquas aphidno hoī sibi amicitia cōiuncto cōmēdauit: eāq; clam oībus asseruari iussit. Ipse perithoo beneficii gratiā referēs: in Epyz simulata peregrinatiōe cū eo una pfectus est: ut Aidonei Molossoz regis filiam raperent: q cōiugi Cereri nomē Ididerat: filie uero prolerpinæ: at cani Cerbero: edixerat igif: ut cum hoc certamen inirēt: ii qui filiā petebant: & qui uictor euassisset: acciperet. Sed ubi cognouit perithou cū sociis: non ut pcos: sed raptos accedere: eos cōprehendit: ac perithou statim p canē tollēdum interficiēdumq; curauit. Theseum i carcerē cōiectum custodiis asseruari iussit. p id tēpis Mnestheus petētis Ornei erechthei filii filius primus ut ferē mortalium infensus popularibus & uulgo gratiosis hoibus: eosq; delere gestiēs. Nobilitatē iā ante Thesei opes indigne ferentē magis cōcitauit atq; incēdit. idignabant. n. se singulis erepto principatu ab regno in uno opido obclusos ab eo uelut i custodia detineri asseruariq; & oēs seruoq; loco & numero haberi. Nec uero mediocrē Theseo apud multitudinē cōflauit inuidiā: cū diceret eos umbrā libertatis adeptos: re uero & operā orbaros: patria: sacris. Diisq; penatibus: ut p multis ac iustis regibus unius peregrini & aduenæ dominatū perferrēt. His ab eo cōcitatis motibus: per magnū momētum ingruēs: a Tyndaridis bellum adiecit: quod pleriq; opinantur: eius quoque operā & impulsu esse conflatum. Ab initio igif iniuriā abstinuere sorore tantum reddi sibi eflagitarunt. Respondētibus uero ciuibus: eam nec apud se esse: nec ubi nam terrarum relicta sit exploratum habere: ad bellum incubuerūt. Sed academus qui eam aphidnis occultari senserat: rē indicat: unde & uiuo illi a Tyndaridis honores sunt habiti: & posterioribus tēporibus inuadētibus sæpius in atticam Lacedæmōiis agrūq; deuastantibus: ab academia ob academum

stituti foret: eaque pueros bulla ferrea forma ipsa & figura bullae psimili ita appellata. Regibus autem non statim commune de rebus gerendis consilium erat: sed priuatim uterque incho prius cum ceterum uiris consilio: deinde coactis in unum cunctis: consulta in medium referrebat. Incoluit uero Tadius eam urbis partem ubi nunc monetæ est templum: quod ex palatio in circum maximum iter: iuxta quem locum sunt quos pulchrae monetæ gradus uocant. Eodem in loco ferunt sacra cornu fuisse. Addunt et fabulae Romulum eo sui experiendi gratia a Loetino lancea cornea iaculatum esse: eam uero defixam altius: annitibus multis: nunquam couelli potuisse. Lignum quoque nactum plantaginem fertile humum germinibus ramisque emissis in eximia altitudinis cornu increuisse. Is locus apud eos qui post Romulum secuti sunt. Circum parietibus dictis: ut sanctissimum templum in magna religione est habitus: ac si cui prius accessu deti uisum fuisset eam arborem minus frondescere & uirescere: sed ueluti subditis nutrimentis languescere ac deficere: passim sibi occurrentibus id statim clamore significabat. Cum autem, C. Caesar ut dicitur ascensus instrueret fabris propinqua arbori loca fodientibus: imprudenter uiolatis: admodum ab illis radicibus omnino languit atque iterum. Menses agere romanorum sabinum acceperunt seruaueruntque. Sed quod ad hanc mensuram rationem attinet: in Numæ uita omnia explicantur. Sabinorum uero scutis usus est Romulus: suamque & romanorum armaturam immutauit: Argolica, n. antea scuta ferebant, sacrificiorum autem ac celebratum ritus uicissim obibant. Ut quæ utriusque gentis erant: propria haud tollerent: sed noua alia insuper adderent: ut sunt quæ matronalia uocant: compositi belli monumentum matronis tributa. Tum carmentalia carmentem quodam proprium hominum precreationis factum opinantur esse: ob id hæc sacra matres agitare. Alii Euandri archadis matrem fatidicam: eam Phœbo dicatam fuisse tradunt: & carmentemque carmine responsa ederet nuncupatam. Nicostratae, n. proprium sibi nomen fuerat: hæc communio de carmenta opinio est: quæ plurimos auctores habet: Nonnulli tamen nomen carmentis sane haud inepte interpretantur: ut sit carmenta amens & mente carens: quod nimirum afflata fure re atque insanire sit solita. De paliliis superius diximus. Sed Lupercalia expiationis gratia instituta uidentur. Celebrantur, n. ea sacra mense februario atris diebus quem expiatium interpretari quis posset: eam quoque diem februatam ueteres appellabant. Ac uidetur id solene per uestitum Euandrum ex Archadia allatum instituisse hoc uulgatior fama tenet. Potest etiam nomen ipsumque a lupa dictum uideri. Etenim uidemus lupercos inde cursum incipere: ubi Romulum expositum ferunt. Verum qui in iis seruatur sacrificii mos haud facile eum coniectura assequi possumus. Iugulant, n. capras: tum duos ex genere adulescentes eo sistunt: quorum frontes alii cultro sanguine perfuso tingunt: alii statim lanam lacte madentem ad mouentes abstergunt. Oportet etiam abstersos adulescentes: ridere: deinde inscisis in corrigias caprarum pelibus discurrent in orbem: & si qui obstant scuticis cadunt. Mulieres adulta ætate ultro se ad uerba offerunt: ratae eam rem ad fecunditatem conducere. Proprium ac suum eius celebritatis est: ut luperci canem imolent. Butas quidam de romanorum rebus gestis fabulosas causas in elegiis edidit. Tradit, n. interempto Amulio, Romulum cum lætitia & gratulatione ad locum curcurisse: in quo infantibus lupa mammasum miserat: memoriæque illius cursus hanc celebritatem referre. Currentes autem ex genere qui impedimento sunt cadere. ueluti tunc Romulus & Remus ex alba strictis ensibus decurrerant: enses autem perfusos sanguine illius temporis cedere ac periculum significare, in memoriâ quoque nutritionis lacte expiatione fieri. Sed C. Acilius tradit ante conditam urbem Romuli pecus e medio esse sublatam: illos autem peractis Fauno uotis: nudos ad peruestigandum excurisse: ne sudor impediret retardaretque. In huius rei memoriâ lupercos nudos in orbem currere. Canem autem: Nam sacrificium expiatum est: extimare quis possit expiationis gratia imolari. Nam & greci homines ad expiandum canes adhibere soliti sunt: ac multis in locis periscylacismis quæ ita uocant illi a cane utuntur. Quod si hæc ad lupæ gratiam nutritionemque ac salutem recensendam agitant: non immerito canis iugulatur. Lupis, n. inimicus est. Ni iam me hercule plectitur animal, quod lupercos dum currunt impediatur. Dicitur etiam ignis consecrationem a Romulo prius esse constitutam: cum sacras legisset uirgines: easque uestales nuncupasset: quod quidam Numæ attribuunt: cæteris quoque rebus circa deorum cultum religionemque studiosissimum diligentissimumque fuisse. Ad hæc uaticinio peritum: cuius causa lituum manu gerere. Est autem lituus inflexus baculus: quo ad inaugurandum sedentes cæli spacia designant. Hunc quo tempore urbs capta est a celtis: cum in palatio assideretur: amissum ferunt. Deinde eiectionis barbaris in alto cinere intactum igni esse repertum: consumptis cæteris atque corruptis. Tulit et leges quasdam: e quibus illa uehemens quæ uxori uix reliquere non permittit: sed uito uxorem repudiare si in uenefico natoque aut in adulterio deprehensa foret: aut clauis subiecisset. Quod si aliter quis repudiasset: eius copiam partem uxori dari: partem Cereri sacra esse iussit. Qui autem cum uxore diuortium faceret: eum sacrificare diis inferis. Illud et Romuli proprium: quod cum nullam patriciam poenam definisset: homicidium omne patricium nuncupari uoluit: quod hoc ipsum ac nefarium. Illud autem impossibile esse duceret: ac multa sæcula uisus est: recte eiusmodi iniuriam futuram desperasse. Nemo, n. sexcentis post annis Romæ tale facinus perpetravit: sed post Hannibalis bellum lucius Ostinus fertur primus patrem occidisse. Hæc igitur de his dicta sufficiant. Anno autem quarto Tadii regni: cum propinqui quidam eius in laurentum legatos incidissent: comati sunt in illis ui pecunias auferre: non permitentibus: sed repugnantibus: eos necauerunt: igitur tantæ audaciæ facinore perpetrato. Romulus statim deprehensos in maleficio puniendos censuit: sed Tadius missos fecit liberauitque: quæ sola inter eos manifesta discordiæ causa fuit: reliquis in rebus se inuicem colentes obseruantesque summo consensu & concordia cõe regnum administrabant. Igitur cesore propinqui cum propter tadium omnino spe legitimæ poenarum destituti forent: ipsum lauini una cum Romulo sacrificio intentum adorti oppresserunt: Romulum uero ut uirum iustum laudatum ornatumque Romam dimiserunt. Ille tatio quidem honorifice funus faciendum curauit. Sepultus est autem in Auentino: sepulchri locum harmilustrum uocant: cadem tamen penitus ulscisci & persequi neglexit. Tradunt autem historici quidam laurentum urbem metu perculsam: Tadii interfecto

res cōphensos dedisse: sed a Romulo eē dimissos: cū diceret cædē cæde p̄fandā eē: q̄ res suspiciōne plerisq̄ attulit: nō iūto Romulo paratū fancinus eē: ut sublato regni socio ac particeps regē summā ipse solus obtineret. Hōz tamē nihil turbauit sabinos: neq̄ ī dissensiōes & discordias īpulit: sed eoz partī beniuolētia & caritate regis: partī metu potētiae: partī et ut deū ueriti: ī eadē admiratiōe & beniuolētia p̄stiterunt: Per multes quoq̄ exterae natiōes Romulū admiratæ sunt. Latini et priisci missis Romā legatis. Cū eo amicitia societateq̄ iunxerūt. Inde Romulus fidenas oppidū Romæ sane uicinū cepit repentino īpetu: ut qdam p̄hibent: eo p̄missis eq̄tibus: iussisq̄ portæ cardines succidere: & continuo ipse p̄ter spē adortus cepit. Sūt alii tamē q̄ dicāt illos iniuriæ auctores fuisse: q̄ factō īpetu cū p̄dam abegissent: Romanū aggrusq̄ ad superbia multis cladibus affecerūt. Sed Romulus: cum ītra īsidias p̄pectos p̄multos occidisset: urbe potitus est. haud tamē deleuit: nec solo æquauit: sed mille & q̄ngentis colonis idibus aprilis eo deductis romanorū coloniam fecit. Ex hoc pestis iuasit urbem quæ hoībus absq̄ ulla ægrotatione subitas mortes ī ferret: sterilitas quoq̄ agroz & caritas ānonæ cū summa īopia cōsecuta ē: guttæ p̄ter ea sanguinis e cælo ceciderunt: ut ad necessarias molestias supstitio uehēmēs hominū mētes occuparet: sed posteaq̄ eadē quoq̄ mala laurentibus iciderunt: oīo uisum ē: Tacii ac legatorū cæde uiolato iuregētium: utriq̄ ciuitati irā numinis expiādā esse. Quare deditis cædis auctores & ab utrisq̄ supplicio affectis: ab iis malis se receperunt. Romulus expiationibus ciuitates expurgauit: quas adhuc etiam ferentinam ad portam obseuari tradunt: sed ante q̄ morbo ciuitas liberata esset: obseruata occasione camerini in romanos inuaserunt: excursionibus agrum depopulati sunt: rati eos calamitate opp̄ssos: minus ad uim p̄pulsandā sufficere. Statī igit̄ Romulus eductis in eos expeditionibus: ac ex pugna potitus uictoria quīq̄ milia iteremittit: captaq̄ eorū urbe ex iis quos belli calamitas reliquos fecerat: dimidiatos Romā traduxit: ac duplici numero multitudinē Roma Camerianam habitatū deduxit Kal. sextilibus tāta iā uis ciuiū Romulo superabat sedeci fere ānis a condita urbe: cū reliquis autem spoliis Camarina quadriugū æreum currum deportauit: quod cū in uulcani tēplo statuisset: sui quoq̄ statuā ex uictoria coronatā locauit. Sic romana aucta re firmataq̄: uicini populi qui inferiores uiribus erant: ī romanorū ditionē se subiecerunt: ac securitatē nacti satis se hēre opinabant. Potentiores autem iuidia simul ac formidine agitati: minie sibi rem cōtemnendā ducebāt: se obuiam Romulo eū dum: tantāq̄ ī medio crescentem molem potentiae opprimendā. Igit̄ primi hetruscorū ueii: qui amplam regionem habebant. permagnāq̄ incolebāt urbem. bellum īceperunt: repetitis fidenis: quā urbē sui iurisdictionisq̄ esse affirmabant. Quod nō iniquū modo: sed etiam ridiculosum erat: ut qui homines oppresos & belli periculis circumuentos auxilio nō leuassent: sed delendos hostibus prodidissent domos tunc quæ in aliorū forent potestate repeterent. Quare cū eis esset a Romulo cōtumeliose respōsum: ī duas partes deducto exercitu: altera Fidenas romanorūq̄ q̄ ibi erat iuadunt: Altera Romulo obuīa fiunt. qui Fidenas erāt duo milia romanorū superata ī prælio obruncarūt: reliqs a Romulo fufis octo milia desiderata sunt. Rursus ad Fidenas pugnatū ē: ī quo prælio maxima operis pars Romuli fuit: qui cū pugnandi artē & audaciā ostendisset: robore ac uelocitate pedū humanā excessisse uim omnes fatētur. Sed quod a quibusdā dicitur admodū fabulosum: atq̄ adeo incredibile oīo esse uidetur quattuor & decē milibus ī ea pugna cæsis maiorē dimidia partē propria manu Romulū obruncasse. Cū Mesenii in Aristomene iactantia uti putētur: q̄ cū trecentorum a se cæsorū ex lacedæmonis uictimas īmolasse dicāt. Fufis igitur fugatisq̄ hostibus: Romulus iis qui euaserant libere permissā fuga. ipsam urbē citato agmīe petere cōtendit: illi accepta magna clade perteriti haud restituerunt uiribus: sed supplices Romulū aduētēs: ī cētū ānos cū eo fœdus amicitiaq̄ iunxerūt: magna agrī parte multati: quā septimā agiū idest septimā partē uocitāt: Urbibus autē ac locis fluuio propinqs romāo cesserunt: Ex optimatibus quīquaginta obsidibus datis. Triumphauit autē de his Romulus idibus octobris: Cūq̄ magnā captiuorū uī abduxisset: fuit ī illis ueiorū dux: q̄ uir p̄fecto iā ætate cū esset: rē īprudēter uisus: ac p̄ter ætatē īperite gessisse. Quare & his tēporibz cū uictias p̄ta uictoria īmolāt: senē purpura idutū p̄ forū ī capitolīū ducūt: bullāq̄ ad collū appēdūt: indicū atq̄ īsigne puericia. Præco sardianos uenales p̄nunciat: hetrusci. n. sardianorū coloni esse dicunt. Veii autē intra Hetruriæ. fines. cōtinēt. hoc extremū ē bellū a Romulo gestū. Deīde q̄ multis uel potius oībus p̄ter paucos admodū euenire solitū ē: q̄ magnis ac subitis successibus se ad potētā & opes nimias extulerūt: hoc ne ipse quidem effugere potuit: sed lecondis rebus ellatus & tumidus animus īsolecere grauius pro populari corū uate & affabilitate tyrānicos spiritus & minime ferendā superbiam & cōtumaciā sumere. Id primū ex ipso habitu corporis & uestitu apparuit. Purpura. n. ornatus icedebat: & in sede cōspiciuus sedens dabat populo iura: iudiciaq̄ exercebat. Habuit autē lectos iuuenes ad custodiā sui corporis: iiq̄ quod regi quotīdie p̄sto forēt a celeritate mīsterii celeres nūcupati. p̄cedebāt alii baculis sūmouētes uulgū: lorīs et accinti: ut quos iubēret rex cōtinuo cōprehēfos uicerēt: ex quo iis a ligādo licitoribus. C. interiecto ut arbitror hodie nomē ē. Antea. n. littores dicebāt: hos græci leiturgos: Leitōs. n. populus est: uocitant. Postea uero q̄ Albæ atius Numitor cōcessit e uita: regnūq̄ ad eū hæreditatis iure delatū ē: popularē rōnem secutus ī medio rēp. posuit. & ducē sabinis quotānis creādū statuit. Docuit et̄ Rōæ optiātes sine rege liberā ac sui iuris rēp. querere: ut uicissim regerēt: regerenturq̄. Nō. n. ātea partes publica munera obibat: nec reip. gerendæ particeps erāt: sed nomē tacū atq̄ habitu īsignes cōsuetudinis magis q̄ sniæ dicēdæ gratia in curiam cogibantur: & silentio iubētis urba regis audiētes. Hoc tantū q̄ priores publico cōsilio īteressent: prælati multitudini discedebāt: ad reliqua minus adhibebātur. Itaq̄ cum ipse per se agro ex bello parto militibus diuiso: uenis redidisset obsides īsciis patribus & inuitis: uisus ē ei senatus ludibrio esse. Ex quo breui post tēpore e medio rege sublato: senatus p̄ter spē temere ī suspiciōne & calūniā icidit. Sublatus est autē nonis iulius

qui tum quæntilis erat: nec quicquid certum aut exploratum scriptoribus de sua morte reliquit: propter tempus: ut diximus. Multa enim eodem die et his temporibus in eius cladis memoria fiunt. Nec mirum uideri debet hoc in Romulo contigisse: cum Scipione africano post cenam domi suae extincto: de mortis genere nullum certum aut satis probabile iudicium fuerit. Verum alii opinantur eum: quod natura ualitudinaris foret sua sponte extinctum: alii ueneno ipsum sibi mortem commiscuisse: quodam autem aiunt eius inimicos eum noctu irrupissent meatu aë obclusisse. Atque Scipio mortuus palam in oculis omnium conspectusque iacuit: uisumque eius corpus suspicandi omnibus ac diiudicandi facultatem attulit. Romulo autem subito erepto: nec pars corporis nec uestitus reliquæ ullæ repte: nec defuit supitio a patribus illum impetu facto descriptum in aede uulcani: distributaque singulis particula atque uestis obuoluta clauis omnibus exportatum esse. Sunt et qui dicant neque in uulcani aede neque presentibus solum partibus: sed ad capræ paludem ibi dum concionaretur: ultra quam dici aut credi potest: repente nimbo ac procella turbati miscerique aerem ceptum: magis mutationes inducere: solē in tenebras & caliginē conditum esse: noctem nec placidam nec quietam: sed tonitru magno flatibus ac turbine incubasse: quibus terreret uulgum dissipatum se in fugam dare. Hic patres inter se coisse. Postea uero quam sedata tempestas: ac lux reddita est: coacta rursus in unum multitudo sollicita regis desiderio scrutari omnia: nusquam inuenire prohibere patres nec sinere præbere in eo negotio curaque diutius esse: sed hortari omnes Romulum uenerari cultu ac religione prosequi: ut ad deos raptum: & ex rege optimo mittere ipsis deum propitiūque futurum. His auditis exultare gaudio plebs & spe bona confirmata Romulum adorare. Extitisse autem quosdam: qui cum asperius uehementius factum in probarent: in inuidiam & offensionem patres aduxerunt: uociferantes decipi ab illis plerumque: spe uana & stulta duci: eorum manu cadem esse confictam. Hic Iulius proculus uir inter patres genere uirtute auctoritate primus: fidus Romulo imprimis: & ex albanis colonis necessitudine & familiaritate coniunctus: procedens in fore iuratus maximum & sanctissimum iusturandum presentibus cunctis inquit. Romulum sibi dum iter faceret: e regione obuiam. se obtulisse specie ipsa & forma insigni. Ut antea nunquam ornatum fulgentibus armis: ac se priorem illum ita allocutum: Qua iniuria o rex & quam mente impulsus nos falsis & improbis criminibus circumuentos: urbem orphanam in luctu & gemitu in squalore & sordibus reliquisti? At contra regem respondisse: O Procule ita diis uisum: nos caelo demissos condita urbe ipsum primum & gloriam habitura: rursus in caelum proinde bono animo sis: ac romanis nuncia uti prudentiam & fortitudinem colat: his artibus fore: ut amplissimam inter homines potentiam consequantur. Ego uobis grinus facilis propitiūque ero deus: His uerbis & uiri auctoritate: & iureiurando fide adhibita: ueluti diuino quodam furore affatis mentibus nemo contra dicere nemo aduersari. Sed reiecta omni suspitione & calumnia iuocare Romulum uotis deumque appellare. Hæc igitur similia uisua sunt iis quæ de Aristeo proconesio & Cleomede Astipolæensi græci fabulantur. Aristeum. n. tradunt in fullonaria taberna mortem oppetisse: post peregre quosdam redeuntes: in illum Crotonem euntem incidisse. Cleomedem uero robore & magnitudine eximia fuisse: cumque temerario ingenio foret & furioso: & multa uolenter fecisset: ad postremum ludum puerorum ingressum: apprehensa manu colunam quæ tectum sustinebat instantemque: quatietemque mediam fregisse: ac tectumque deiecisse: interfectis autem pueris: cum quaeretur ad mortem: in sepulchrum magnum se coniecisse: & clausum intus adiectum de super opculum adeo tenuisse: ut ne a multis quidem simul anitentibus ui ulla auelli posset. Conscissa igitur arca: neque uiuum hominem: neque mortuum esse copertum. Quare missis in Delphos legatis oraculum sciscitatum respondisse Pythiam: Ultimus eorum Cleomenes Astipaleus: dicit etiam Alcamenæ cadaver dum affereret e conspectu euauisse: lapidemque in lectica iacentem apparuisse: atque omnino his similia multa ficta & commentitia referunt: ut mortalia supra uim naturamque suam afferant: & angustiora ac diuiniora efficiant. Negare igitur ueritatem diuinitatis participem esse impium simul atque ingenerosum est: terram uero admiscere caelo stultum. Quare his omissis tutius est Pindaro assentiri ut corpus omnium inbecillam consequitur mortem: uiuumque etiam aeternitatis simulacrum deferit. Hoc. n. est solum a diis: inde. n. profectum est atque illuc tendit: non cum corpore: sed siquam longe a corpore seiunctum ac seperatum purum omnino carnis expertum atque expiatum fuerit. Ipse. n. animus siccus optimus ut Heraclitus inquit: cum ueluti e nube fulgur: ita e corpore euolat: qui autem permixtus est corpori: eoque oppletum: quemadmodum euaporatio quædam onusta atque caliginosa ægre emittitur ægreque reuocatur. Haud igitur consentaneum bonorum ac fortium uiroque corpora una cum animis præter naturam in caelum transmitti: sed animos uirtute exultos existimandum est omnino: in repugnante natura diuino quodam decreto ex hominibus in heroas: ex heroibus in daemones: ex iis uero cum penitus ueluti in mysteriis purgati expiatique fuerint: deposita mortali omni ac terrena mole: non ciuili lege: sed ut ueritas & ratio dicat: in numerum deorum referri: pulcherimum ac beatissimum finem consecutos. Quirinum autem Romuli cognomen martium ac belicosum quodam importare existimant quiddam ex eo ductum: quod ciues quirites appellarentur. Alii tradunt ueteres lanceam quiri uocare solitos: ac curetam lunonis sigillum ipso sublatum. Ad hæc lanceam in regia positam Martem uocitare: lancea quoque donari consueisse illos: qui in bellis quam acriter strenueque pugnantes fortitudinis laudem meruissent. pro inde effectum esse: ut Romulus ueluti martius quiddam deus ac pugnax quirinus diceretur. Illius igitur Phanum in tumulo quiriō ab eo nuncupato constitutum est. Dies uero quo concessit e uita: uulgi fugam ac nonas capratinas appellant: quod eo discedentes ex urbe ad capræ paludem sacrificia peragant. Exeuntes autem ad sacrificium multa ex patris nominibus: ut Marcelli ac Cai cum clamore inuocant eius diei fugam alternamque in urbem reuocationem cum metu ac trepidatione referentes. Nonnulli quoque asseuerant hanc imitationem non fugæ sed festinationis ac uis ac celeritatis esse: idque in eiusmodi principium referunt. Postea quam galli capta Roma a Camillo pulsi: fugatique sunt: cum ciuitas ea clade atritis uiribus ægre se recepisset: multi latinorum Libio postumio duce in eam cum copiis inuaserunt: sic haud procul Roma potitis castris: per legatum romanis significauit uelle se utriusque populis necessitudinem & propinquitatem: quæ iam uetustate defecerat: renouare per connubia: affinitatesque rursus promix-

tis generibus: q̄ si fr̄quentes uirgines mulierūq̄ inuptas ad se mitterēt: pacē illis secū & amicitia fore: ut aēa
 ex simili origie cū fabinis fuerāt. His auditis romani simul & bellū formidabāt: & mulierūq̄ deditiōē nihil
 mitius captiuitate habere opinabāt. Ambigētibus aut̄ illis Seruaphilotis: ut alii tradūt: Tutola noīe cōsu-
 luit: ut omissis ceteris ad dolū cōfugerēt: eo & bellū & obsidiū quoq̄ dationē euitari posse. Fuit at̄ doli ap-
 paratus eiuſmōi uiros mittere: q̄ se una cū pluribus seruilay forma pstantibus ad hostes deducerent: tum
 Philotidē ipsam noctu ignē attollere: romanos nō armata manu egredi: hostibusq̄ somno sepultis p uo-
 lūtate uti. Hęc ita gesta addētibz fidē latinis: Philotidēq̄ noctu ignē ex caprifico quodā sustulit circū positus
 a tergo uelaminibus atq̄ iuolucris: ut splēdor ignis hodibus iterclusus: romāis tantū appareret: Dato igit̄
 signo trepidi exierūt: & ob tripudationē q̄ ad portas iuicem usi sunt: seipſos sępius adhortātes: cęsis repen-
 tino & iprouiso ipetu hostibus: uictorię monumētū festū diē eiuſmōi agitāt: capratiniſq̄ nonis ex capriſi-
 co id nomē manet: constitutis et̄ extra urbē ex fici ramis tabernaculis: sub iis epulū mulieribus pbent: ser-
 uaq̄ circūcoeutes ludūt: ita uerberibus ac lapidū iactu iuicē se afficiūt: ut eo tpe pugnātibus romanis auxi-
 lio affuerūt. Hęc haud multi historicorū p ueris admittunt: sed pluribus diurna nominū cōmemoratio.
 & ad caprę paludē ut ad mare icēssus ad priorē sniam magis spectare uidet̄: ni iā eodē die diuersis tpeibus
 utraq̄ clades accepta est. Ferē igit̄ Romulus q̄ tuor & q̄nquaginta ānos natus: trigesimo octauo sui regni
 anno e uita migrasse. Quę igit̄ de Romulo & Theseo auditu digna & memoria accepimus: hęc a nobis
 exposita sunt. Itaq̄ uidet̄ alter eorū ab inicio iudicio suo & cōsilio nulla coactus necessitate: sed cum liceret
 sibi in Trœzene regnare: potitus regno haud obscuro: ipse suapte natura magna atq̄ ardua spectasse. Al-
 ter cū fuga ipsa ignauia nomē ac suppliciū subiturus esset: q̄le est illud Platonis timore ac metu fortis fu-
 isse: extremaq̄ pati reformidans ad magnas res gerendas inuitus coactusq̄ accessisse. Deinde huius opus
 unius albę tyranni cędes maximum memoratur: Illius autem Scironisiris Procrustes Corynætus plu-
 dia q̄dam dum ad maiora se cōpararet: fuerunt: q̄bus opprēssis magnis tyrānis grāciam liberauit: priusq̄
 esset illis q̄ ab eo seruarent cogitus: atq̄ huic declinatū latronum insidiis maritima transuectio tuta pate-
 bat. At Romulus uiuo Amulio icolumis esse nō poterat: cui id permaximo argumēto est q̄ Theseus nul-
 la puocatus iniuria pro aliorū salute improbis bellum indixerit. Illi autē quoad ipsi nihil a tyranno mali
 ppeſsi sunt: iniurias oīum contēpserunt. q̄d si magnū uidet̄ sabino plio uulnus accepisse: opprēssisq̄ Acro-
 nem: p multosq̄ hostes bello domuisse: cū his opibus possumus cętaurorū pugnā & aduersus Amazones
 Thesei gesta cōferre. Quod uero Theseus circa creticū tributum est ausus: cum siue beluę alicui æscā siue
 uictimā Androgei sepulchro siue q̄d est leuius est his quę prodicta sunt: ad seruiendum apd hoīes contu-
 meliosos atq̄ imites: scēdam seruitutē ignominiosamq̄ subiturus: spōte se offerens: cū uirginibus & pue-
 ris nauigatiōem suscepit. Quātę fortitudinis & magnitudinis animi aut iustitię aut splēdoris & glorię
 cupiditatis aut uirtutis sit opus: nullo modo uerbis explicare q̄s posset: ut mihi nō male diffinisse philoso-
 phi uideantur: qui dixerunt amorem ministerium esse deorū ad curā & ad conseruatione iuuenū hoibus
 exhibitum. Nam Ariadnę amor nihil aliud q̄ dei opus: atq̄ inuētum salutis uiri gratia fuisse uidetur: nec
 amatē mulierē culpāre: sed magis admirari debemus: siq̄dem nō omnes uiri & mulieres eo pacto anima-
 ti fuerint: sin aut̄ hoc illi tātummodo cōtigit: iure ego illam: quę mihi proborū ingenio & quę bonis for-
 tibusque uiris affecta fuerit. a deo amari dignā fuisse dixerim. Cū uero uterq̄ natura ciuilis extitisset: neu-
 ter eorū regium administrandi morē: seruauit: sed eo omisso. alter popularē tyrānicū: alter iducetē: ambo
 cōtrarias rationes secuti. in eadē fraudem deciderūt. Oportet. n. oēs q̄ i regno cōstituti sunt. Primū oīum
 regnū ipsum cōseruare. seruatur autē nihilominus: si i eo nihil fiat: quod minus cōueniat: q̄ si cōuenientia
 cuncta agantur. Qui uero aut remittat aliquid: aut itēdat: is de regis ac principis maiestate decedēs: & aut
 multitudinē seruiēs: aut sibi uendicās dominatū: id agit: ut aut cōtēnatur a suis: aut in eorū odium & offen-
 sionē icurrat. Attamē uidetur illud ex benignitate & humanitate: hoc ex cupiditate isolentięq̄ profectū.
 Quod si nō aduersa oīo fortunę ascribenda sunt. sed ex moribus ac pturbationibus notāda. Impetu q̄dē
 animi & fauore ac ira subito cōcitata: quę ille i fratre: hic i filium amisit: nemo excusare conef sed princi-
 pium ad iram impellens: eum magis a culpa uendicat: qui maiori causā ueluti uulnere grauiore accepto
 a uirtute descuerit. Romulo. n. cū de rep. ageretur: & cū fratre i certamē contentionēq̄ uenisset: nemo tali
 i re hanc illi subito mentē & cogitationē incidisse arbitraretur. At. Theseū quę pauci oīo mortales effuge-
 re: amor suspicio: calūnia muliebris i filiū cōcitarūt. Quod aut̄ maius ē: Romuli uxor i re atq̄ opus erupit:
 nōmitē exitū habiturū. Thesei uero irā usq̄ ad uerbum impcationē senileq̄ execrationē processit. Ceterę
 apparet a dulcescentem usum esse fortuna. Quare i hoc quis Theseo suffrageſ. Sed i Romulo illud maxi-
 mū fuit tenuissima ad res gerendas principia habuisse. Serui. n. ac subulcorū filii habiti priusq̄ ipsi liberta-
 te donati: forent omnes fere latinos i libertatem uendicarunt: uno eodemq̄ tpe plura nomia pulcherima
 cōsecuti: oppressores hostium coniuictorum uendices: reges gentium cōditores urbiū: nō instauratores
 ut Theseus: qui ex multis i unum coactis unā cōposuit ciuitatem pluribus euerſis: quę regum priscorū
 q̄ herorum nomina referebant. Romulus hęc postmodū i hostes effecit: quos coegit: euerſis deletisque
 propriis urbibus ad uictores cōcedere: Sed ab initio nō cōditam ante ciuitatem inmutauit neque exauſit:
 sed cū nullā haberet: & ipse ab integro noua ex ædificata simul agrum sibi patriam: regnum. Genus con-
 nubia necessitudinesq̄ parasit: neq̄ excidit ullam: neq̄ euertit: erga extores autē ac fede carentes benefi-
 cus extitit: quos uolentes in populū & ciues accepit. Latrones & maleficos non interemit. At nationes bel-
 lo subdidit: ciuitates in ditionē rededit: de regibus & ducibus triūphauit. Remi autem cędes haud certū
 auctorem habet. Plurimiq̄ crimē i alios trāſſerunt: matrē uero ex māifesta clade exitioq̄ seruauit: auum

quoque turpiter ignominiosaque seruietem in Aeneae sedem restituit. cumque illum sponte multis beneficiis affecisset ne iure quidem laesit. Thesei uero de uelo mandati obliuione & negligentia uix arbitrari longiori defensione est apud dissolutos iudices patrici culpam deprecari posse. Quod sentiens uir quidam Atticus: quam magnum aggredi uolentibus defensionis munus incumberet: fingit Aegeum aduentante naue: cum festine spectandi gratia ad arcem curreret: prolapsus cecidisse: ut qui stipatorum ope destitutus foret: aut cui ad mate properanti nullus seruorum comitatus adesset. Quod autem ad foeminarum raptum spectat. Thesei facti honesta defensio defuit: Ac primum quod deliquit in eo genere sapientius. Rapuit enim Ariadna: Antiopem: Troezeniamque Anaxagonam: & post omnes natu iam grandior nondum adultam Helenam sed infantem nec aetate nubilem: cum ipse iam legitimi connubii tempus superasset: deinde quae causa in hoc foedior rapiendi fuit: Non enim troezeniorum laconum amazonum filiae in procreandis filiis dignae erant quae Athenis erichthidibus cecropidibusque praeferebantur. Verum haec ita gesta suspicionem praeseferunt contumeliae ac uoluptatis gratia esse suscepta: Sed Romulus octingentis aut non multo paucioribus raptis Sabine: non omnes: sed unam tantum ut aiunt Hersiliam habuit alias: iis qui interciues uirtute excellere: distribuit. Deinde honore indulgentia liberalitate quibus impofterum mulieres habitae sunt: uim illam atque iniuriam opus pulcherrimum maximeque ciuile: ad eam quae consecuta est: communionem ac societatem conficiendam fuisse declarauit: sic utramque gentem in unum compulit: inuicemque ad miscuit: rebusque futurae beneuolentiae ac potentiae fontem atque originem praebuit. Pudoris autem & amicitiae quam in nuptiis statuit: tempus est testis. Ducentos enim & triginta perpetuo deinde annos: neque uir ausus est ab uxoris: neque a uiri uxor societate discedere: Sed ut apud graecos homines rerum cognitione maxime doctrinaque praestantes. Patricidam primum ac matricidam proferre possunt: sic apud romanos omnis peruagatum est: Seruilius spurium primum fuisse: qui cum uxore infecunditatis gratia diuortium fecerit. Huic autem rei cum longitudine temporis res atque opera testimonio sunt. Nam & regnum utriusque gentis regibus & respublicis generibus ambobus ex eo connubio in medium posita est. Ex Thesei autem nuptiis nulla amicitia cum aliquo: nec societas atheniensibus comparata est sed odia: bella. ciuium caedes consecutae sunt: atque ad postremum amissis aphidinis misericordia hostium supplices deosque implorantes quae ob Alexandrum troiani pertulerunt: uix a se tandem deprecati sunt Mater autem Thesei non periculum tantum subit: sed relicta etiam ac prodita filio eadem omnia quae Hecuba pertulit: nisi iam quae de eius captiuitate ferunt. ficta & commentitia sunt: Quod si hoc mendacium est: oportet & aliorum plurima uana existimare. Ad haec quae de numinis diuinitate memorantur per multum inter se differunt. Nam Romulus ad modum propitiis diis atque auspiciis seruatus est. Oraculum uero Aegeo datum: ut in peregrina terra concubitu abstineret. declarare uidetur: Theseum praeter uoluntatem deorum esse procreatum.

FINIS

LYCVRGI VIRI ILLUSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM
PER LAPVVM FLORENTINVM VERSA.



LE LICVRGO LEGVM Latore nihil ut ita dixerim certi narrare licet: cuius quidem & genus & peregrinatio & obitus: atque apud omnes ipsius in ferendis legibus constitueadaque Republicae studium uarias historias sortitum est. At ne tempora quidem constaret: quibus uir ille fuerit. Alii namque Hiphiti temporibus claruisse: feriasque olympicas una secum consecisse tradunt. Quorum est & Aristoteles philosophus: coniecturam trahens ex eo disco: quo in olympiacis ludis uteantur. In illo. n. Lycurgi nomen incisum consecuat. Alii uero ex illorum successione: quae Spartae regnarunt. tempus supputantes: ueluti Eratosthenes atque Apollodorus non paucis annis antiquorem prima olympiade Lycurgum ostendunt Timaeus autem sentire uideat duos apud spartiatas Lygurgos extitisse haud eodem tempore: eorumque triusque res gestas ob gloriam in altero referri: & uetustiore quidem non porro Homeri temporibus fuisse. Quidam et Homerum illum uidisse ferunt. Xenophon quoque uideat antiquitatem uiri illius asserere, in quibus Lycurgum eraclidarum temporibus fuisse commemorat. Nam genere quidem nouissimos et Spartae regnantium Heraclidas fuisse perspicuum est. Hic autem uidetur illos nominare Heraclidas uoluisse: qui primi simulque proximi Herculi extiterunt. Verum tamen quae tanto in errore uersetur historia: enitemur eos sequentes. Vel quae probatissimis argumentis uel testibus celeberrimis utuntur: quae de hoc uiro perscripta sunt in medium referre. Cum & Simonides poeta non Eunomi: sed Pritaidis filium Lycurgum dicit atque Lycurgum & Eunomum plurimi fere non hac generis origine prohibent: sed ex Procle & Aristodemo inquit Soum natum: ex Soo aurytionem: ex quo Pritanin: ex hoc autem Eunomum, ex Eunomo uero Polydectem ex priore uxore: Lycurgum autem iuniorum ex Dionassa. Ut uero Eutichidas tradidit: eum quidem sextum a Procle, ab Hercule autem undecimum. Ex maioribus autem eius Sous maxime illustris fuit: quo imperante Elotes Spartiatum in seruitute egre: & agri non nihil ab Arcadibus absidentes sibi aduendicarunt. Fere autem soum nuper difficili aridoque loco a Clitoris obsessum, in ea uenisse foedera: ut partem bello terram eis reliqueret: siquidem ipsi atque sui omnes ex proximo fonte biberent. Firmatis autem iureiurando foederibus congregatisque suis omnibus: illi qui non biberet: regnum se traditurum pollicitum esse continente uero se nemine: sed cunctis potius bibentibus Soum ipsum post omnes descendisse: & hostibus adhuc presentibus: cum sese aqua aspersisset: abcessisse locumque tenuisse. Perinde atque non omnes bibissent. Sed tametsi has ob res Soum admirentur: nunquam ob hoc tamen: sed ab eius filio familiam Eurytoidas cognominarunt. Videtur enim primus Eurytion nimirum regiae potestatis factum remisisse: beneficiis alliciens populum: multitudinique gratificans. Ex huiusmodi uero remissione Populo ad audaciam irritato posteris autem regibus tum multitudini exosis: tum uel ad gratiam uel pro infirmitatem dissimulando praeferebantur: Sparta diutius leges atque ordinem desiderauit. Qua tempestate &

Lycurgi patrē iperitantem diem obire contigit. Dirimens enim quādam tumultuantium pugnam popinario cultro ictus occubuit: Polydecti filio qui erat natu gradior relicto imperio: Quo quē & ipso mortuo non multo post in regnū succedere Lycurgū oportebat: ueluti oēs opinabāt. Atque priusquam manifestum foret fratris uxore pgnātem esse: regnabat. sed postea quē celerrime hac de re certior factus est: regnum declarauit pueri esse: siquidem mas foret: principatum uero ipse tanquam tutor gubernabat: pupilloꝝ autē regnum tutores Lacedæmonii prodicos nominant. Sed ut mulier claculum eum accersere: uerbaque de perdendo puero: quo illi Sparta imperādi nuberet facere. Eius quē ingenium Lycurgus exosus ac detestatus est. Ad ea uero quæ dicebant: contradixit nihil: quin laudare & admittere simulans: non oportet inquit per abortiuum partum atque medicamentum ipsa sibi corporis detrimentum afferat: pericliteturque: sibi enim curæ fore: ut continuo quod nasceretur: e medio tollatur. Hoc igitur pacto ad tempus usque pariūdi deducēs mulierem: ubi illam pariētem sensit: misit qui parturienti assiderent: eamque asseruarent. His autē imperat: si scemina nasceret eam mulieribus traderet. Si mas eum ad se deferent: quicquid rerum tūc ipse gereret. Accidit autē: ut mulier ipso eum principibus cœnante: mare pareret. At ministri aderant: quæ ad eum infantē deportarūt. quē ille suscipiens traditur dixisse ad discubentes. Rex natus est nobis o Spartiata: ac deinde cum regio solio reclinauisset: Charilaum nominasse: quoniam quæ aderāt hilares oēs essent: admirantes illi quidem tum eius animi magnitudinem tum iusticiam Regnauit autē totos menses octo. Cæterum erat spectatissimus apud ciues: pluresque fuere: qui sibi ob uirtutem auscultarent: & alacres imperata exequerent: quæ ut regis curatori potestatemque regiam habenti obtemperarent. Erat & quædam aduersus eum inuidia: ac nonnulli quoniam iuuenis in incrementis esset: in eum insidias moliebāt: præsertim cognati & familiares matris ipsius regis: quæ contumelia affecta uidebat cuiusque frater Leonidas ubi audacius aliquando atque petulantius in Lycurgum maledixisset: subdidit se plane at certo scire ipsum regnaturum: suspicionē is præbens: ac Lycurgū calumnia præoccupās: ut insidiis usum siquid regē pati cōtigerit. Huiuscemodi autē uerba quædam et a muliere efferebatur. quæ grauius Lycurgus & permolestē ferens: ueritusque occulta cōsilia: statuit peregrinatione euitare suspicionē: uagarique: quoad nepos per ætatē ad successionē regni prole cōsequeretur. Itaque sic soluens: primū in Cretā uenit ubi: resp. regionis discens: congressusque uiris primariis gloria partī & legibus præbuit: accepitque domū quasi translaturus atque usus: partim et cōtempnit. Præterea uix unum quæ sapiens illi ciuilibus habebatur gratia & amicitia persuasum Thaletam nomine Spartam misit: qui poeta uersum lyricorum existimatus: occasione quēdam & prætextu hanc illic artem exerceret: re uero quæ optimi legumlatores solent ea ipse perficeret. Illius enim orationes: quæ modis simul & numeris multum decoris grauitatisque habentibus ad obtemperandum: cōcordiaque ut edum reuocarēt: lis autē auditorum ingenia sensim demulcebatur: & a maliuolentia quæ tunc illis inuicē inerat. reque honestarum studio absuescebant. Quāobrem oēs ille quodammodo honestissimis Lycurgi institutis præparauit. Ex Creta autē Lycurgus in Asiam nauigauit: uolens ut ferret: Cretensi uictui abiecto quēdam illi & seueris sumptus ionicis ac delicias: quæ admodum medici sanis corporibus sub ægra morbosa solent: & cōputare: & ita niuendi atque reque publicæ differētiā decernere. Quo quē in loco cum Homeri poemata primū legisset: quæ apud Creophili filios seruebant: & in iis eēt ituitus ciuile institutum ac eruditionē admixtā: non minore sectandā studio: quæ autē uoluptates itemperantiæque libidinis: ea quæque libenter scripsit & cōgregauit: ut in patriā deuecturus. Erat. n. iam ptenuis fama quædam uersuum apud græcos. Quasdam poeseos partes sparsim: ut acciderat: diuulgare cōsecuti fuerant haud multi: eam Lycurgus uel primus illustrē fecit. Aegyptii uero et ad se uēisse Lycurgū putāt: & ab aliis nationibus pugnandi discrimē maxime admiratū: id ad Spartiatas transtulisse: diuisisque fabris & uulgaribus opificibus urbanā uerissime ciuitatē mudāque redidisse. Quæ ab aegyptiis dicuntur: hæc eadē & grecorum alique ipsi reque gesta scriptores testantur: Quod autē Lycurgus Libyā Hiberiamque petierit: & Indiā peregrans Gymnosophistis cōgressus sit præter Aristocratē spartiata Hipparchi filiū neminē dixisse cognoscimus. At Lacedæmonii absentē Lycurgū desiderabāt: accesebātque sapenūmero: quasi reges nomen dignitatemque dūtaxat: aliud uero quo multitudinē præstaret: nihil haberēt in Lycurgo ipatoriū quoddam esset ingenium. & uis quæ homines alliceret. & præstantiores redderet. Verum neque regibus illius uiri præsentia minus desiderabatur: quin sperabāt eo præsentē multitudinē minus sese ad iniuriā & contumeliā latū ire. Cū ergo Lycurgus ad hosce ita affectos reuertisset. illico aggressus ē præsentē mouere statū: republicæque mutare: tanquam nullū neque opus neque usus legū singularis esset: nisi quis ueluti corpori ægro & morbis omnifaria pleno inhaerere ualitudinis temperiē resoluens: ac diiciens medicamentis purgationibusque: alterū nouū uiuendi ordinē aggrediat. Cū hoc igitur secum cogitasset: primū oīum Delphos petiit: & accepta sorte: actisque sacrificiis reddidit: celebratū illum oraculū secum referens: quo & delectus Diis & Deus ipse potiusque homo a Pythia appellatus ē. Præclarā. n. legū institutionē efflagitari. inquit tandē Deum & dare illā & anuere: quæ longe aliarum rerum publicæ optima foret. Itaque his elatus optimates accersiuit: ac simul re aggredi hortatus ē claculum amicos antea allocutus. Deinde sic paulatim cū plures tētasset: & ad re ipsam cōstituisset: ubi aduenit tēpus triginta principes iussit quæ primū illuxisset in forum armati pcederēt: cū stuporis gratia: tum & terroris siquæ aduersaretur: quorum uiginti illustriores Hermipus pspicue scripsit. Qui uero Lycurgi facinoris unus omnium particeps fuerit: & sibi in ferendis legibus sociū Arthemiadā nominant. Orto autem tumultu: Charilaus rex metu percussus ueluti aduersum se totum negocium insurgeret: in ærari domū defugit. Deinde suasionibus acceptisque iuramentis prodit: & quæ gerebantur particeps fuit. Quippe qui usque adeo miti esset lenisque ingenio: ut cū aliquando secum una regnaret Archesilaus: dixerit aduersuseosque adolescentem laudibus afferebēt: Quo pacto Charilas uir non fuerit qui ne etiam improbis molestus est: Cū mul-

LYCVRGI

ta uero Lycurgus innouasset: primum fuit & maximū senioꝝ cōstitutio: quā ait Plato tumescenti regnū imperio admixtā: & ad maximas res adipiscēdas salutē simul & continētiā æqualē potestātē assecutam. Suspensa enim respublica & declinans nunc ad reges ī tyrānidē nunc ad plebem in democratiā: cum sicuti munimē senioꝝ principatum in medio statuisset: ac neutram esset ī partem pronior: tutissimū ordinē & statum habuit semp̄ enim octo & uiginti seniores illis tum regibus assistebant: ut populari principatu repugnare: tum uero ne tyrānus fieret: rursum populi iuribus fauebāt: Tot autem eos seniores fuisse refert Aristoteles. Eoꝝ enim qui primi, xxx. cū Lycurgo extitissent: Duo id negotii præ metu reliquerunt. Sphærus autem ait ab initio tot fuisse cōsiliū participes. Quidam etiam esse possent: quod ipse numerus p̄ seutenarium quater multiplicatum absoluit: Et quod suis partibus æqualis post senarium perfectus est. At mihi uidetur tot maxie seniores cōstituisse: ut omnes, xxx. essent: octo autem & uiginti regibus duos iis eē additos: Sic igitur circa huic principatum Lycurgus studuit: ut ea de re uaticinium e delphis reportarit & rhetrum uocant, i. huiuscemodi

In hisce omnibus: Philas Philaxæ & Obas Obaxæ multitudinis ī partes diuisionē distributionēq; significat: quæ alias Philas: alias Obas appellauit archegetæ uero reges dicuntur. Appellazein autem est concionari. Nam publice institutionis principiū ac cām in Phythum oraculum rettulit. Sed Babycā & Cnationē nunc Oenuntē uocant. At Aristoteles Cnationē fluuiū, Babycam uero partem asserit. Inter hos at conciones agebāt: cum neq; atria essent: neq; alius ullus apparatus. Quare & hæc existimabat ad bene consulendum accedere: quin potius ea obesse: quæ nugaces & molles redderent inani elatione mentes coeūtium: quādoquidem ad statuas & picturas aut theatroꝝ prosœnia: aut curiarum tecta curiosius elaborata ipsi cōcionātes aspiciunt: Ex reliqua uero coacta multitudine sniam dicere nemini permittebat. Quam autē seniores regesq; tulissent: decernendi populus ius habebat. Postero tamen tpe multis remouedo addendog; puertentibus uiolātibusq; sentētiās: Polydorus & Theopōpus reges hæc rhetræ ascripsere. Quæ autē populus prauē rogauerit: ab his seniores esse: hoc est non roborare: sed omnino & discere: & populum dimittere: tanq̄ sententiā in deterius & uertentem & cōmutātē. Suaserāt ipsi ciuitati sic esse faciendum: quasi hæc deo imperante: ueluti ferme hisce Tritheus meminit: Pythius affatus quos est: oracula Phœbi Discite ueridici sanaq; uerba dei: Cōsiliū imperium reges seruare suberbos. Sparta quibus cura est: urbs capienda probis Grādeuosq; senes & qui respondeat almis. Hinc reliquū rhetris recta simul populū. Quāq; hoc pacto institutionē ciuilem Lycurgus miscuisset: tamen q̄ doct eum secuti sunt: cum afranē adhuc & ualidā Oligarchiā (ea uero est in qua pauci dominant) ferocem ac feruidam uiderēt: ut ait Plato: quasi frænum iniciunt ei Ephoroꝝ potestatem: annis maxime a Lycurgo centum & triginta primum elato Ephoro cōstituto Theopompo regnāte: quem aiunt cum ab uxore sibi probo obiiceret: q̄ esset humilius regnum filijs traditurus: q̄ ipse accepisset: eo igitur maius respondisse quo diuturnius. Enim uero cum insolentiam regnum cum inuidia simul deposuisset: periculum quoq; euitauit: quo factum est: ne ea paterentur: quæ Mesenii Argiuq; aduersus reges suos: qui nihil ex regia potestate ad popularem mansuetudinem: neque cedere neq; deponere uoluissent. Factitarunt. Et id maxime Lycurgi sapientiam prouidentiamq; perspicuam ac manifestam reddidit: quod ad messeniog; atq; argiuog; qui & cognati & uicini populi regesque existerent: seditiones & rerump. erumnas oculos conuerterent. Ii ubi nāq; ab initio patria cōsecuti essent: & in sorte anteire illos uiderentur: haud ad multum temporis secūdis rebus usi sunt: sed regū iniuria potiusquam q̄ turbæ obedirent præsentis status perturbantes: demonstrarunt eum diuino profecto spartiatas successiui fortunæq; extitisse: qui remp. apud ipsos aptarit atq; temperarit. Sed de his postea. Secundum uero Lycurgi institutum ac generosissimum ē. Agri diuisio. Nam cum inequalitas nimia & grauis esset: plurimiq; inopes & egeni urbem perturbarent: diuitiæ autem in paucos prorsus cōfluxissent: & cōtumeliam & inuidiam & malignitatem & delicias: & qui hisce quoq; antiquiores maioresq; reipu. morbi sunt: diuitias ac pauperiem eiecturus persuasit ut solum omne in medio positum a principio diuiderent: & æquali sortione pariq; substantia iuicem omnes uiuerent: priuatum uero uirtute arriperēt: quasi nihil præstaret alter alteri superiorue esset: nisi quantum rerum proprium uituperatio & honestarum laus determinaret. Volens autem simul ac dixerat facere: distribuit reliquam quidem Laonicam uersus municipia ad sortes, xxx. milia: quæ uero ad opidum Spartæ ipsi adiaceret ad nouem milia. Tot enim spartiatage sortes extiterunt. Aliqui autem dicunt Lycurgum sex milia distribuisse: sed tria milia postea Polydorum addidisse. Alii uero ex nouem milibus dimidium Polydoro & dimidium Lycurgo ascribunt. Sors autem cuiuslibet tanta fuit: ut redditum ferret uiro quidem frumenti, lxx. medimnos. fæminæ uero, xii. & ex liquidis item fructibus pro ratione copiam redderet. Nam tantum alimenti abunde is fore arbitratus est. quod & ad bonam corporis ualitudinem & habitudinem satis esset: alia uero re nulla indigerent: Narratur autem eum posteriori tempore cum ex peregrinatiōe per regionem ipsam nuperrime demessam iter aliquando faciens: uideret acruos similes & æquales surrisisse dixisseq; ad astantes: quā omnis Laonica multorum fratrum uidetur esse: qui eam modo diuiserint. Aggressus & tres mobiles diuidere: quo inæqualitatem omnem & excellenciam tolleret: quoniam intuebatur eos inique ferre manifestam ablatiōnem alia usus uia e medio sustulit hanc plus habendi cupiditatem. Nam ubi primum nūmum omnē aureum & argentū irritū reddidisset: ferrū solū utendū iperauit. Fecitq; ut ex uasto pōdere & magnitudie ualeret pag; ita ut, x. minag; istar: & magno domi penu ineigeret: iuuētisq; ad agēdū. Hoc at fuso plurima iniuriarum genera & Lacædemone sunt eiecta. Quis enim aut furari uoluisset aut corrumpere muneribus aut alium priuare aut rapere: quod neq; occultare poterat: neque cum uoluntate possidere: neque etiam

utiliter incidere. Aceto enim (ut fertur) igniti ferri acie extinguens abstulit ad alias res & usum & uim: quoniam infirmum & inutile redderet. Post hoc autem eas artes quae inutiles superuacaneaeque essent: ex urbe deiecit. Verum tamen deiciere est nemine plurimae cum publico nummo excidissent. cum res non haberent in pretio. Ferreus enim nummus graecis aliis comis non erat neque pretium habebat. quippe qui ridiculo esset. Itaque ex peregrinis & pretiosis mercibus nihil eo licebat emi. Neque onus aliquod negotiatores in portus inuehebant. Neque rhetor in Laconicam ad docendum ibat: neque medicus uates: neque scortorum enutritor: neque quae aurea neque quae argentea ornamenta laboraret ut nummus illic non esset: sed sic paulatim desertae ab iis a quibus ex uiscitarent alerenturque deliciae: ultro defecere: neque is qui multa adepti essent: plus quicquam comodi aderat: cum opibus locus in publico non esset: sed domi occlusae: ociosaeque teneretur. Quapropter expedita necessariaeque uasa haec lectuli & sellae & mensae apud eos optima fiebant. Coctonque laconicus militiae (ut ait Critias) maxime probatur. Nam quis aquas bibere cogebatur uisusque abhorrebat: illius poculi colore occultabatur: & cum turbidae itus collideretur. ad horumque subsideret: puriores ori admovebatur. Horum uero auctor fuerat legumlator. Nam cum inutilium regum artifices expulsi essent: in necessariis ipsis decorum artis ostendebat. Praeterea cum magis animo uolutasset & aduersus delicias bellum aggredi: & diuitiarum desiderium auferre: institutum tertium pulcherrimumque induxit: conuiuiorum apparatus quo simul coenatum conuenientes ad comitia & ordinata obsonia ac cibos nequaquam domi discubarent: aut super strata pretiosa mensaeque magnifice instructas: iter opificum & coquorum manus sub nocte ueluti uoraces animantes impinguescerent: atque una corpora moresque corrumpere: ad omnem libidinem satiemque resoluti. ac per id & multo somno & calidis balneis prolixaque quiete & quodammodo langore quotidiano indigerent. Per magna igitur ea res fuit: sed longe maior: quae communi illo coenandi instituto & facilitate uictus id effecerit: ut neque furto petendae diuitiae neque potius (ut ait Theophrastus) honori habendae neque diuites haberentur. Nam neque usus neque fructus neque facies omnino aut ostentatio fuerat magni apparatus cum una cum paupere opulentus ad coenam iret. Itaque celebratum illud emanauit: in una omnium quae sub sole sunt Urbium sparta seruari diuitiarum deum & caecum & iacentem: ut picturam inanimatam ac immobilem: neque. nam coenatos domi ad conuiuia uentre pleno licebat ire. Sed diligenter reliqui eum asseruantes: qui nimis secum aut biberet aut ederet: obiurgabant tanquam in temperantem communemque ad uictum lacescentem. Quare uel ob hoc maxime institutum locupletes dicitur aduersus Lycurgum exarsisse & in eum uniuersos clamoribus ac tumultu insurrexisse. Demum uero pulsatus a multis e foro cursu elabatur: & alios ante omnes in templum defugit. Sed unus quidam adolescens alias non ignauus: uerget & acer & feruidus: Alcander instans: ac persequens eius oculum: cum retro uerteretur: baculo feriens eruit. At Lycurgus nil remissior eo dolore reditus est: quin aduersa fronte sese constituens faciem ciuibus cruentam erutumque oculum ostendit. Pudore maximo & moerore intuentes affecti sunt: adeo ut ei Alcandrum traderent: & ad suam usque domum Lycurgum ipsum simul indignantes deducerent. Lycurgus autem illos quidem laudatos dimisit. Alcandrum uero ubi domum introduxisset. mali ei nihil neque fecit neque dixit: sed dimissis consuetis ministris. qui sibi famulabantur: illum ministrare iussit. Hic autem qui nequaquam esset obtusus. silentio imperata exequabatur: simulque Lycurgo assistens ac simul uiuens in perspicienda mansuetudine & eius animi effectu & uitae seueritate & in perferendis laboribus constantia: & ipse mirifico in eum uirget amore est redditus: & ad familiares amicosque dicebat. Lycurgum neque durum neque elatum esse: sed solum mansuetum atque aduersus alios mitem. Sic igitur ille cruciatus est: & huiusmodi poenam subiit: ut ex improbo & temerario iuene in uirget exactissimum continetissimumque euaderet. In huius autem erumnae monumetum Mineruae phanum Lycurgus statuit: quam optiletim appellauit. Nam oculi apud illius regionis doricos optili uocantur. Aliqui tamen quorum est Dioscorides: quae laconica Rescripta: lycurgum oculum percussum asserunt: non autem luscum factum: ac phanum ipsum Deae statuisse inferendas recuperatae ualitudinis gratias. Baculum tamen ferre Spartiate in comitiis post eam calamitatem destitit: Conuiuia uero Cretenses andria a uiris: lacedaemonii phidicia appellant: siue quae philias id est amicitiae & humanitatis ea sint. d. pro. l. accipientes: siue quae ad tenuitatem & pheidonem: hoc est parsimoniam consuescerent. Nihil autem prohibet etiam primam extrinsecus e uocali adiecere: ut aliqui dicunt edicia a dieta: quae uictum significat: nomen trahere: conueniebant autem quidem ac parum hisce uel pauciores uel plures. Ferebant singuli farinae medimnum singulis conuiuioque mensis: uini coas octo casei: quinque minas: ficum quinque semis minas: praeterea obsonii gratia perparum quiddam numini. alias uero cum aliquis sacrificasset primitias: ac uenatus esset partem in conuiuium mitebant. Licebat namque domi coenare: quando uel sacrificiis quisquis esset uel uenatione retardatus: uerget alios adesse oportebat: ac maiorem in modum ea conuiuia diligenter obseruabant. Itaque Agis rex: cum debellatis Atheniensibus ab exercitu reuertisset: & apud uxorem coenaret uellet portionesque postularet: eas tribunum militum mittere noluerit. postridie uero cum sacrificium quod praebuerat praeter ira haud soluisset: ipsum multauit. Ad ea autem conuiuia ibant pueri: ueluti ad scholas pudicitiae ducerentur: & confabulationes ciuilis audiebant: & liberales praecipitantes intuebantur. Iocarique ipsi & comiter sine scurrilitate cauillari: & huiusmodi cauilla non honeste pati assuescebant. Admodum enim laconici moris uidetur esse iocosas obiurgationes nihilipendere: Quod qui minus uellet: licebat inhibere: & ille ab huiuscemodi loco desistebat. ingredientium uero unicuique natum maximus portas ostendens: ait per haec uerbum non egreditur: qui autem se conuiuium participem fieri uelit: sic perbari. Deinde singuli apomagdalia sumentes in manu ministro uas super capite ferente: silentio quasi calculum imittebat qui reprobaret simpliciter quae uero approbaret: manu uehementer imprimens: nam quae a pogmadalia pressa fuerit: perforati carculi uim habet: Quod si qua ex iis minus pressam offenderint: non admittunt ingredientem: quippe qui uelint omnes iuicem iucunde congredi. Qui uero sic reprobatus fuerit caddicatum dicunt. Caddicus namque uas uocatur

LYCVRGI

in quo apomagdalias immittunt. Ex obsoniis aut nigrum ius maxime apud eos probatum est: ut neque carne seniores indigerent: sed eam adolescentibus cedentes: ipsi iure profuso uescerentur. Fertur autem quidam ex potiori regibus emisse iuris gratia quoque laconicum: deinde iure degustato moleste affectum. At tunc ei dixisse coquum: o rex hoc certe iure homines in eurota loti utuntur obsonio quod ubi modice biberunt: domum haberunt absque facula. Non enim licet pergere praui lumine neque hanc neque aliam uiam coassuefiant et in tenebris atque noctu audacter & intrepide proficisci. Coniugia igitur hunc habent ordinem leges uero scriptas nullus Lycurgus tulit. Sed una ex his quae rhetrae appellatur haec est. Quae igitur absolutissima & maxima ad civilem felicitatem uirtutemque existeret: ea tum demum durare immota existimauit si uicinum moribus & uitae institutio inserta essent: haberetque tum firmam electionem accerrimum scilicet necessitatis uinculum tum eam legumlatoris dispositionem: quam disciplina iunioribus faciebat rationem reddas circa ipsorum singulos. Paruas uero pecuniarias tabellas: quae ad usus ac necessitates aliter per tempore contingeret satius fuit non comprehendere: neque inscriptis necessitatibus: neque imotis consuetudinibus per oportunitatibus sinere & incrementa suscipere: & detrimenta quaecumque eruditi comprobarent. Totum ac totius legitime institutionis munus in disciplinam reiecit. Rhetrarum igitur una fuit: ut dictum est non uti scriptis legibus altera uero contra sumptus immodicos: ut quaelibet domus culmen quidem securi: ianuas uero ferras dumtaxat: & nullo alio instrumento laboratas haberet. Quod enim posteris temporibus Epaminundam dixisse ferunt in mensa tale prandium haud esse proditio obnoxium: hoc Lycurgus primum excogitauit: huiusmodi domum delicias sumptuososque apparatus non admittere: neque profecto quisquam est adeo incultus: & rudis: qui in facilem & placentiam domum importet fulcra argenteis instructa pedibus strata purpurea: culignas aureas: & reliquum hisce congruum luxum. Verum necesse fuerit equale congruere & consimile esse domui quidem fulcrum: fulcro autem uestem stragulam: huic uero reliquam magnificentiam: ex qua quaedam consuetudine aiunt Leontychidem illum seniore cum cenaret Corinthi: suspexissetque tecti domus: fabricam preciosam atque laqueatam: hospitem rogasse: an apud eos ligna quadrata nascerentur. Tertiam autem rhetram eam Lycurgi fuisse praedicant: quae in eisdem hostis militare prohiberet: ne saepius repugnando consuefacti bellicosi redderentur. Qua in re Agesilaum regem maxime posteriori tempore accusant utpote qui continuis & frequentibus in Boetiam in cursibus ac bellis Thebanos resistere Lacedaemoniis edocuerit. Quare saucium Antalchidas eum intuens pulchram tuae doctrinae mercedem inquit a Thebanis: recipis qui nolentes ipsos neque scientes pugnandi peritiam docuisti: itaque huiusmodi sanctiones rhetras nominauit: quasi ex Deo decretae & oracula quaedam essent. Disciplinam uero quod maximum legumlatoris & pulcherrimum opus esse censuit longiore aggressus initio statim ea considerauit quae ad connubia & sobolem procreandam attinerent. Non enim ut ait Aristoteles aggressus mulieres pudicas efficere destitit: ob frequentem uiroque militiam: qua omnem illis reliquere potestatem cogebantur: ob idque magisquam par esset eis obsequerentur: haecque appellabant: quominus multam licentiam illam ipsam muliebrem insolentiam refrenaret. Quin & haec idoneam statuit diligentiam. Enim uero uirginum corpora cursibus & luctationibus iactibusque discorum atque iaculorum exercuit: ut quemadmodum germinum radix acre in acris corporibus principium sumens melius germinat ita & haec partus robuste tolerantes honeste simul & acile aduersus dolores repugnarent. Itaque delicias remouens & cibi subdictionem: & omnem foemineum morem assuefecit puellas non minus quam pueros: & uersari nudas: & quibusdam in sacris & saltare & canere praesentibus simul spectantibusque iuuenibus interdum et committere in singulos apteque obiurgantes carpebant delinquentes ac rursus in eos qui digni essent praeconia cantu composita dictantes multam & ambitionem adolescentibus & probitatis ardorem ingerebant. Nam qui laudatus probitatis extitisset: & inter uirgines illustris habitus: abibat exultans laudibus: Quae uero cum ioco & faceta obiurgatione reprehensiones fierent: nihilo erant ipsis seriis castigationibusque aut obtusiores aut minus argutae: utpote quae ad spectaculum: cum aliis una ciuibus tum reges tum seniores proficiscebantur. Nudatio illa uirginum nihil habebat turpe: uerecundiam enim aderat: petulantia aberat: sed simplicem quandam consuetudinis & robustatis studium efficiebat. Atque elationem animi quandam foemineum ingenium nec ignauam degustabat: perinde ac non minus sibi & uirtutis & ambitionis consortium adesset. unde & dicere illis sentireque licebat: qualia & de Gorgone uxore Leonidae narrantur. Nam peregrina quadam (ut uidetur) ad eam dicente. Solae uos lacenae uiris imperatis. Solae enim inquit uiros parimus. Haec igitur ad nuptias allicebant. Dico autem. Pompas uirginum & aemulationes & ludos in iuuenum conspectu: qui non geornitricis agebantur. sed cupidineis: ut ait Plato: necessitatibus. Praeterea ignominiam quadam iis: qui nubere nolissent: Lycurgus addidit. Arcebantur enim in gymnasticis ludis a spectaculo: per hyemem uero principes iuebant eos in orbem nudos forum circumire. Ita uero circaeutes canebant in semetipsum compositum quoddam carmen: quo significabatur eos iure pati: quoniam legibus non parerent. Honore autem & obsequio: quo iuuenes profequuntur: seniores priuabantur. Quae obrem dictum illud in Dercyllidam danauit nemo: tam & si probatus ille dux extitisset. Superuenienti enim sibi quidam ex iuuentute subsellium haud cessit: inquiens: neque enim mihi tu qui cederet genuisti. Nubebant autem raptu: neque paruas neque ad coniugium immaturas: sed adultas ac nubiles assumentes. Raptam uero ea quae pronuba dicitur: accipiens capitis quidem crines ad cutem amputabat. Virili autem amictu calciametisque instructam in thoro sola declinabat sine lumine. At sponsum non ebrius neque delicus demollitus. sed sobrius: ut semper postea in phid cuius cenatus esset: ingressus ac sponsae cingulum soluens: eam sublatam in lectum transferrebat. Ibique secum moratus haud diu: honeste abibat: ubi cum aliis iunioribus consueuerat dormiturus idemque in postea agebat: cum equalibus quidem die trahens simulque quiescens. Ad sponsam uero quadam cum religione clam pergens & uerecundus & timidus: neque ex intimis se intue-

retur: simul enī & spōsa moliebat agebatq: quo tēpestiue & clam inuicē cōuenirent. Et hoc nō pax tēpōris gerebāt, sed quoad ēt aliquibus filii nascerent: priusq̄ inter diu suas uxores aspicerēt. Huiusmōi uero congressio nō tēperatiāe mō atq; pudicitiae exercitatio q̄dā erat: ueq; & uerecūdos corporibus & ppetuo quodam amore nouos recenteq; ad cōcubitum ducebat: neq; facietate eos capi. neq; inuerecūdis cōgressibus a mutuo effectu refrigerescere qn potius ut reliquias semp aliquas & fomentū cupidinis & gratiae inuicē relinquare sinebat. Tātum autem & ordinis & pudoris iugali copulā cū adhibuisset nihilo tamē minus nouā inanēq; ac muliebrē de uxore pudicitia suspiciōne amouit, id honestū decernens: si cōtumeliā & īcontinentiā oēm a cōnubio arceret: Filioq; at & sobolis societatem dignis hoibus permisit: eos deridens q; hęc ueluti q̄ admisceri cōsortium ue admittere nequeūt: cædibus & bellis capesserēt. Licebat enī seniori uiro iunioris uxoris: si quē ex iunioribus honestū ae probū diligeret pbaretq; illū ad uxore adducere: & ubi eā generoso illius semie cōpleisset. suū ipsoq; quod natū esset efficere. Licebat itidem probo uiro q; foecūdā aliquā pudicāq; mulierē alteri nuptā admiraref marito illius suadere. ut cum ea ipse cōgrederetur: tāq; in solo fertili bonos filios saturus atq; facturus: bonoq; item germanos illos cognatosq; futuros. Primū & enī nō proprios patrum. sed communes ciuitatis filios Lycurgus existimabat. Quare nō ex uulgaribus qbusdā natos. sed ex optimis potius ciues esse uolebat deinde plurimam & fatuitatē simul & fastum in aliorū institutis intuebatur qui hisce in rebus elaborassent. Illi nāq; canes & equas aut gratia aut mercede dominis persuasis optimis & praeclaris illius generis naimalibus supponunt: uxores autem tanquam praesidio oclusas seruant ex ipsis dumtaxat eas parere uolentes: Siue illi amantes sint: siue confecti senio: siue ægroti: quasi filii mali non nascantur e iis: qui primi adepti sunt & nutriunt: si ex improbis nascantur: & contra probi si talem ortum fortiantur. Hęc autem ita se habentia cum natura tum moribus tantum tunc aberant ab ea quæ postea secuta dicitur facilitate mulierum: ut omnino incredibile sit eos adulterio fuisse obnoxios. Celebraturq; cuiusdam Geradæ dictum hominis spartiatæ admodum uetustissimi: q; ab hospite rogatus: quid apud eos adulteri patiuntur: respondisse dicitur: O hospes nemo apud nos fit adulter. Subdente autem illo: sin uero fieret: Taurum inquit Geradas persoluit magnum: qui Taygeto superato bibit ex Eurota. Hospite uero admirante dicenteq; qui possit fieri tam uastus bos: ridens geradas quo nam inquit pacto adulter queat Spartæ fieri? Hęc igitur de nuptiis traduntur: Partus autem nutriendi ius genitori non erat: sed eum quendam in locum deportabat: quem Leschem uocant: ubi sedētes ii qui ex tribulibus maximi natu essent: siquidem infantem animaduertēt effictum pulchre ac robustum: educari iubebant: sortem illi ex nouem milibus distribuentes: si autem ignauum ac deformem: ad apotecas appellatas exponendum demittebant locus secū Taygetum præcipitem ac præruptum. perinde quasi eius uita qui minus pulchra statim ab initio: & ad bonam corporis compositionem & ad reuultitatem natura productus esset: neq; sibi utilis neq; reip. foret. Vnde non aqua infantes: sed uino mulieres aluebant. Experimentum quodam ipsorum habitudinis facientes. Dicitur enim comitali morbo infantes aut alii ægrotationi obnoxios admoto mero debilitari ac resolui. Qui autem esset firmæ ualitudinis magis ac uere ac firmare habitum. Erat autem circa nutrices artificiosa quædam diligentia: aut nullis adhibitis infantiae pannis: infantes & nutrientes ipsos tum membris tum specie liberales ac uenustos facerent. Item & faciles & nihil delicatioris cibi appetentes & tenebras minime formidantes: & ad omnem solitudinem intrepidos: & difficultatis illiberalis atque uagituum expertes constituerent. Proinde quidam etiam ex exteris alumnas laconicas filiis emebant: Et Amydam quæ Alcibiadem Atheniensem lactarat: lacenā fuisse tradunt: Verum huic (ut inquit Plato) præficit pericles pedagogum Zopyrum: qui ab cæteris seruis differeret nihil: At spartiatarum filiis Lycurgus neq; emptitios neq; mercenarios præfisse pedagogos uoluit: neq; ut cuiuslibet liceret filium pro uoluntate uel educare uel instituere: sed omnes statim cum septimum annū exegissent: ipse assumens: distribuebat in greges: eosq; una socios atq; contubernales consuefaciebat inuicem simul ludere & simul exerceri. Principem uero eis præficiebat eū: qui & prudentia cæteris sociis præstaret: & pugnando esset acerrimus. Ad hunc intuebantur: huic imperanti obediabant: hunc plecentem perferebant. Itaq; disciplina erat quædam obediendi exercitatio. Seniores autem eos ludētis obersuabāt: & frequentissime dimicationes quasdam ad contentiones usq; suggerentes non super uacaneæ discebant quale esset cuiusq; ingenium: qui auderet neq; incertaminibus pugnam abnueret. At qui litteras pro necessitate discebant. Reliqua omnis disciplina ad recte obtēperādū laboreq; tolerandos & prælio uincendum parabatur. Quare progressu ætatis eam iis exercitationem intendebant: ut ad cutem usq; ipsos tunderent: & discalciatos incedere ac frequentius nudos ludere consuefacerent. Emenso autem duodecimo ætatis anno sine tunica iam degebant. pallium unum in annum capientes. Erantq; corporibus squalidi: & qui neq; balneas: neq; unguenta scirent præter paucos quosdam anni dies: quibus huius indulgentiæ participes fiebant. Cubabant aut secundū alas & turmas in thoris ex harundine cōstructis: quā ipsi fecus Eurotam nascentem conuehebant: summitates manibus non ferro cōfringentes per hyemis uero tempus eos: qui lycophones appellantur. sibi subiiciebant: thorisq; immiscebant. Videbatur enim ea materia calidi habere. quidam. Jam uero cum huius ætatis hominibus. qui probos iuuenes adamarent: seniores ipsi simul uersabantur: mentemq; adhibebant & proficiscebantur maxime ad gymnasia: illisq; tum pugnantibus tum iocosis obiurgationibus inter sese utentibus: non ab re intererant: utpote qui omnes quodammodo existimarentur esse omnium & patres & pedagogi & præfecti. Proindeq; neq; tempus neq; locum omittendū uacuū præceptoris institutis atq; studiis. Circa delinquētem præterea & pedonomus ex honestis & bonis uiris constituebatur. Ac ipis p turmas præficiebat ex iis: q; irenes dicebat: cōtinētissimū

semper & bellacissimū. Irenas uero uocat eos: q̄ i annum iam secundū e pueris excessere. Melirenas at̄ natu
 grādiōres iter pueros. Hic igit̄ Iren: ubi ānum uicesimū attigerit: & p̄st̄ iis q̄ i pugnis subiecti sunt & p̄ sin
 gulis familiis eis ministris i cœna utit̄. Prescribit at̄ firmioribus: ut ligna ferat̄ minoribus uero olera q̄ illi
 p̄ furtum afferunt: alii ad hortos euntes: alii ad uiros & cōuiuia clam ingressi calide & asseruāter. Si q̄s at̄ fue
 rit dephensus: multis uerberibus flagro afficit̄: q̄si negligenter inepteq̄ furari uideat̄. Furatur aut̄ ex ciba
 riis quicqd̄ ualeat̄. Sicq̄ apte discunt̄ insidias dormiētibus tendere aut negligētius obseruātibus. Atsi fue
 rit dephensus: mutat̄ tū uerberibus. tū fame. Per q̄ suauis. n. iis est cœna ut sua industria inedia occurrēt̄ &
 audere calideq̄ rē gerere cogāt̄: & hoc quidem castigati uictus opus erat. corporū uero icremētū mirabile:
 dicūt. Fertur. n. i langum q̄doquidē ipse spiritus non retardat̄: aut labore p̄ alimenti copia in profunda
 tem & latitudinem præssus. corporis uero leuitate solute: facileq̄ crescentis superiora petit. Idem autē pul
 chre uidet̄ facere. Nā graciles habitus & macilentī magis artū agilitati cedunt: tumentes uero & pingues
 onere suo reluctātur: quasi prorsus mulieres: quæ cum grauidæ sunt. Debilitantur ḡtacles quidem infan
 tes fiunt ac uenūsti & aspectu grati ob leuitatem materiæ: q̄ ab eo magis quod formam ip̄imit detinetur
 Sed enim causam accidentis rei considerare i medio positum sit. Adeo uero & diligenter & attente pueri:
 furantur ut narret̄ quendam: cū leonis catulum surripuisset pallioloq̄ inuoluisset: eius uētre unguibusq̄
 & dentibus a bestia discerpto oīa latendi gratia tolerantem obiisse. Quod uel ex huius tempestatis puberi
 bus credi licet: quoq̄ multos in ara augurii cæsos uerberibus mori uidimus. cū at̄ Iren cœnatus discumbe
 ret imperabat alii ex pueris ut caneret: alii q̄stionem aliquam proponebat accurata responsione indigentē
 ut qui sit optimus inter uiros uel quænam sit huiusce actio. Quaq̄dem ex re consuefiebant statī ab initio:
 & honesta iudicare: & de ciuibus diligenter iquirere. Siquis enim quæsitus quinam esset bonus ciuis: aut
 q̄ minus probatus esset hæssisset: respondēdo: animi signū esse arbitrabantur & mortis: & qui nulla uirtu
 tis laude tangeret̄. Oportebat autē responsionem & breuē esse & celerē cā & demonstratione concluden
 tem: q̄obrem q̄ minus rite uel negligentius respondisset. plectabat̄: morsum capiens ab Irene in pollicē. sæ
 penumero quoq̄ senioribus principibusq̄ præsentibus pueros Iren puniebat documentum præbēs an re
 cte & ut decet puniret. Neq̄ dum eos puniret prohibebatur: cū uero pueri abiissent pœnas dabat si asperi
 usq̄ deceret i illos animaduertisset: aut contra se remisse & leuiter. Fiebāt at̄ amatores una puerorū famæ:
 infamiæq̄ participes. Itaq̄ dicūt aliquando uocem minus ingenuā in pugna puero emittente eius amato
 rē a principibus multatum esse: cū at̄ amoris uis ita apud eos uigeret: ut & præclare probeq̄ mulieres ip
 sas et̄ uirgines amarent. riuales tamen fieri non licebat: qui eosdem amassent: quin potius eorū amatores:
 mutua amicitia inicium faciebant: perseuerabantq̄ pari studio ut quæ amarent optimum redderēt. Do
 cebāt et̄ pueros ea uti oratione: quæ grauitatem haberet iocūditati admixtā: ac sententiæ plurimū breui
 sermōe cōplecteret̄. Enimuero ferreum nūmum. Lycurgus statuit magno pōdere minimā uim hēre: Vt
 dictum est at orationis nummū cōtra ex inculta & breui dictione sententiis affluere plurimū effecit: q̄ mul
 to silentio pueros sensu eloqui & scire respondere molitus sit. Quemadmodū enim illorum semen: Qui
 se ad coitum intemperantes præstant: infœcundum ut plurimū & sine fructu est: sic & loq̄ndi intempātia
 orationē inanē & stolidam reddit. Proinde agis Rex: cū atticus quidam in laconicos enses cauillaretur: q̄
 parui essent diceretq̄ facile eos absorberi ab circulatoribus in theatris posse. Ei tamen uix nos inquit atti
 gimur hostium gladiis lōgioribus. Ego uero & laconicā orationem intueor: quæ breuis uidetur: esse: ma
 xime res complecti: & auditōrū mētem attingere etenim Lycurgus ipse & breuis oratione uidetur esse: &
 perdicterias locutus: si quidem & ex commentariis coniectari licet: ueluti responsum illud In eum est: qui
 ut popularem in urbe principatū faceret eum rogabat. Tunc eni inquit primus tua in modo huiusmodi
 principatum facito. Et illud de sacrificiis ad percontantem quid parua adeo ac uilia statuisset: ne unquam
 ait Deum uenerari desistamus. Et item illud de athletarū certaminibus. Hæc eni sola exercere ciues phibe
 bat: in quibus manus haud intenderetur. Feruntur & eius ex epistoli huiusmodi ad ciues responsiōes quo
 niam pacto hostium imperium repellere possimus: si pauperes manseritis: & contenciones mutuas ami
 feritis. Et rursus de muris. Neq̄quā ea urbs minus circumdata muro fuerit si quis eam uiris fortibus: nō
 lateribus cinxerit. Hisce igitur huiusmodiq̄ epistolis: neq̄ fidem derogare: neq̄ itē adhibere facile ē: Quā
 tæ uero dicendi prolixitas calumniæ foret: talia sunt dicteriarum indicia. Leonidas rex intempestiue: quæ
 dam de rebus nō inutilibus uerba faciente. Hospes inqt: nō opportune qd̄ oportet uteris. Charylaus ue
 ro fratris Lycurgi filius rogatus de paucitate legū ipsius: iquit eos q̄ nō multis utunt̄: uerbis: neq̄ multis
 legibus idigere. Archidamidas at̄ q̄busdā hecateū sophistā accusantibus: q̄ i cōuiuū susceptus nihil dixit
 fer: iquit q̄ rationē dicēdi tenet et̄ tps tenet. Quas uero ex cōmētariis dixi grauis snias gratiæ cōiunctas hu
 iusmodi sunt. Demaratus ip̄robo quodā intempestiuis i eum interrogatiōibus cauillante: ac idem sæpius iā
 rogante: quis optimus esset spartiatarū: inqt: q̄ tibi dissimillimus sit. Agis autem quodā helienses laudibus
 esse repente: q̄ pulchre olympia iusteq̄ agerēt. Et qd̄ magni iqt helienses faciūt: si ex annis qnq̄ diē unum
 iustitia utūt̄? Theopompus uero cū hospes. qdam suā in eum beniuolentiam ostentaret: diceretq̄ a ciui
 bus suis philolaconem hoc est laconum studiosum appellari pulchrum inquit fuerit philopolitem id est
 ciuitatis amatorem uocari. Plistonax autem pausanias filius rhetore quodā atheniensi imperitos lacedæ
 monios appellante. Recte dicis inqt. Soli enim græcorū nos nil a uobis mali didicimus. Archidamidas ue
 ro roganti cuidā quot sunt spartiatæ. Tot inquit o hospes: qui malos sufficiant arcere. Licet etiam ex iis:
 Quæ iocose ab ipsis dicuntur. morem ipsorum coniectare. consueuere nanque oratione superuacanea
 nunquam uti: neque pati ut uox effluat: quæ quoquomodo alicuius speculationis dignam sententiam

minus habeat. Enim uero cum quidam ad eum audiendum exhortaretur: qui lusciniam imitaretur: ipsam inquit audiui illam. Alius uero cum titulum hunc legisset. Hoscē scelenuntis quicumq; tyrānida ma uors. Extinxere ferus perdidit in foribus. Iure inquit hi uiri interiire: oportuit enim scinere ipsam exuri omnē. Adolefcens at pollicenti cuidā se gallos ei datū: qui pugnando iterierent: Ne tu quidem iquit des istos mihi: sed ex iis potius: qui dimicando occidant. Alius uero quidam intuēs homines in fellis: cum ex hac luce decederent sedentes absit inquit ut hic sedeam: unde seniori assurgere fas non est. Dicteriag; igit species erat huiusmodi. Quare non absurde inquit aliqui: facilius esse philosophari q̄ studere iaconum sermonem exacte imitari. Disciplina aut & cantuum & mox: nō minus in studio erat: q̄ dicēdi amulatio ac nitor. Verū & modulis stimulus quidam inerat ad animum concitādum & ad ipetum q̄si furentē quēdam atq; streum inducendū. Ac dictio erat facilis & uirilis de rebus honestis seuerisq;. Nā laudationes eorū erant ut plurimum: qui praeclare & fauste pro Sparta occubissent. Et illoꝝ uituperationes. q̄ metu id agere decretaffent: quasi tristē uitā miseramq; uixissent. Erat praeterea exhortatio quaedā & excitatio p̄ aetātū dignitate ad uirtutem. Hox; autem unum quidam exempli causa nō ab re fuerit in medium referre. Tribus enim choris pro tribus aetatibus in celebritatibus constitutis: Vnus quidem senectutis inci piens canebat. Nos olim fuimus robusti iuuenes. Adulte uero aetatis alter subsequens inquebat. Nos aut sumus: q̄ si uelis periculum facito. At pueritiā tertius. Nos at erimus multis p̄fecto meliores. Nempe si quis laconicis poematis animum intenderit: quorū aliqua ad nostrā usq; seruā aetatem: & sensum p̄gre dientes numeros asseruauerit. quibus in congressu aduersos hostes ad tibiā utebant: nō absurde & Terpā dium & pindag; musicae fortitudinem coniunxisse censuerit. Ille nāq; sic de lacedaemoniis cecinit. Hic iu uenum cuspis uiret & dulcissima musa. Iudiciūq; patens. Pindarus uero ait: Hic & consiliis senes: Et q̄ p̄ lia fortiter concernant iuuenū chori & cum cuspidibus pierides decus. Istos enim & musica simul erudi tissimos: & bellicosissimos extitisse iudicant. Nam ueluti laconicus ille poeta inquit. Serpsit & i ferg; citha rā sonos ipsae canorae. Etenim rex cum praeliū initurus esset. Sacra musis ante persoluebat: utpote qui di sciplina: ut uidef iudiciorūq; meminisset: quo & faciles ac promptae periculis adessent & facinora praeliā tium memoratu digna redderent. Interdū uero remisso iuuenibus durissimo uitae instituto minime p̄ hibebant: ut & coma sese & armis & paliis exornarent: gaudentes his quidem illi nō secus: atq; equis exul tantibus & sese efferentibus ad certamina. Quare comā nutrientes cōtinuo ex pubertate maxie in obeun dis periculis operam dabant: ut & nitida coma & descriminata uideret: quodā Lycurgi dictū de coma ce lebrantes: ea pulchros uenustiores fieri: deformes at ferociore: praeterea militiae gymnastiis mollioribus utebant: ac reliquū uictū neq; seuerū adeo neq; astrictū iunioribus praebant: Itaq; solis illis in omni ge nere exercitationis bellicae bellū ipse quis est. Iam uero istrueta simul ipsorū acie hostibusq; p̄sentibus: rex simul & caprā: quā illi chimerā dicunt: iugulabant: & omnes coronari mandebat & tibicenes castorio mo dulo ad tibias uti iubebat: simul et panē ad inuadendū inuocabat. Itaq; illoꝝ aspectus pulcher erat & for midabilis: qui & numero ad tibiam incederēt: neq; phalangis ordinē miscerēt: neq; aīs turbarent sed mā suete & hilariter a modulo i discrimē dicerēt. Videf. n. neq; metū neq; furorē nīmū i illis oriri posse: qui ita se habuerit: sed firmā potius & constātem aī magnitudinē spei audientiaq; admixtā: p̄inde atq; imor tali. Deo p̄sente simul ac fauēte. Ibat at rex aduersus hostes coronatū hominē secū habēs q̄ certamie uictor extitisset. Ac ferunt quēdā cum grādis sibi pecunia i olympis traderef: eā accipe noluisse. sed labore plurio aduersariū luctādo superasse. Quare dixit ei. Quid tibi o lacon ex uictoria lucri cōparasti? Et illū arridētē respōdisse: Ante regē cōstitutus p̄labor aduersus hostes. Cū at uertissent i fugā hostē uicissentq;: adhuc i sequebantur: quod oīno uictoria hostium fuga confirmata esset. Dein continuo redibant neq; genero sum neq; grācanicum esse ducentes illos cedere & necare: q̄ declinarent cederent abirent. Eratq; nō solū & hobeitum hoc & maximi animi opus: ueꝝ etiam utile. Illi nāq; qui aduersus eos dimicarent: cum non essent ignari a lacedaemoniis illos qui pugnando resisterēt enecari: cedentibus uero parci: fugere q̄ mane re conducibilis putabant Lycurgum autē ipsum Hippas hospita narrat. & bellicosissimum extitisse ac multa militia expertum. Philostephanus uero equitum et distributiones in ulamos Lycurgo ascribit ula mum uero ut ille constituit cōplecti eqtes quinquaginta istruetū quadrato ordie. At Demetrius Phalere us tradit nullam prorsus re bellicā Lycurgū attigisse: sed i pace cōstituisse rep. Videf at olympicag; feriarū excogitatio mitti i genio uiri mansuetiq; fuisse. Atq; dicūt quidam ueluti Hermippus meminit) Lycurgū neq; affuisse ab initio neq; sociū extitisse: i iis quae sunt ab Iphito cōstituta: sed iterfuisse aliq̄ ex cā p̄fectum atq; spectantem. Audisse at uocē tāq; hoīs alicuius a tergo illū icrepātis admirantisq;: q̄ ciues nō exhortare tur simul cum aliis celebritatis participes fieri. Conuersus aut Lycurgū: cū qui locutus fuerat nusquā ap pareret: numen fuisse arbitratū: sic ad iphitum concessisse: cōmuniq; studio festiuitatē illustriore & firmio rem constituisse. Disciplina uero quoad pubertatis annos euasissent: perdurabat. Nemini enim permitte batur pro arbitrio uiuere. sed in urbe ueluti in castris perscriptum habebant uictum & exercitationē cir ca publica negocia. Atq; omnino extimantes nō sibi pueros natos esse: sed patriā: eos sedulo (ni quid ali d̄ facere imperatū foret) inspectabant: ac frugi aliquid edocebāt: aut ipsi a senioribus discebāt. Etenim haec una ex oibus: quas suis ciuibus Lycurgus fabricauit & pulcherrima beatissimaq; res fuit copia & ubertas ocii quibus oīno prohibuit quicq; uulgarium artū attigere. Pecuniariū at studium q̄ laboriosam congeriem molestāq; contineret: nulla in re necessarium erat idq; ob eā gratiā: q̄ diuitiae prorsus abiecte essent ac nul lo in p̄cio haberentur. Mancipia uero eorum colebant solum: dictosq; redditus persoluebant. Cum athe nis q̄ uidam interesset iudiciorum tempore: audiretq; ocii multae quēdā obnoxium moestū icedere: atq;

dero: per iniuriam at parare nolim: oio i postea poena cosequif. Prohibet at nihil bonum uig: egregiumq: ciue nec affluentia regnimie luxurioseq: studere: oportunitate necessitateq: cotenere. Teponibus at illis ut iqt Hesiodus: nullu opus ignominia erat. nec ullus artiu delectus atq: discrimē. Mercatura uero ad bar: baroz necessitudines reguq: amicitias coparadas plurimu ualere putabat: ex eade quoq: hoies multaz & maximaz rebusum experiatiaq: pcipere. E qbus nonullos conditores maximaz urbiu extitisse: Vt massalia primus q a Celtis iuxta Hyradanu maxie obseruat. Thaletē quoq: & mathematicu Hyppocratē exer cuisse mercaturam ferut. Platoni et olei i agypto exportationem pegrinatiōis uaticu suppetisse. Solō igit ut pfusior & sumptuosior & mollior esset i uictu: utq: liberius ac licetius i suis poematis de uoluptatibus loqueret: q philosophu deceret: ex illa mercatoria uitae ratiōem accepisse dicit. Cū. n. ex multis ac magnis periculis ferre cepisset: ad omnem animi qetem remissionemque ferebat. Quod at tenuem magis animu q locupletem adamarit: ex his perspicuu est: p multi qdem ditat iprobi: Probi autem pauperes fiunt: Vex nos minime permutabimus uirtutem pro diuitiis quoniam hoc stabile est ac perpetuu diuitiae uero mutantur tempore: & alias aliter se habent. Eius uero poesis ab inicio nihil graue aut serium habuit. sed iocis potius (ut uidetur) referta fuit. Vt facere circumfluere atq: abundare ocio uideretur. Posteriori autem tempore sententiis eam philosophicis resperfit: suis quoque poematis ciuiliū reg: permultas complexus est nec id tam historiae & memoriae gratia fecit: q ut hortationes quasda admonitiones obiurgationesq: athe niensibus adhiberet. Plerique autem affirmat Solōem tentasse leges edere uersibus. Hae et principiu huiusmodi proferut. Legibus his oro primum rex iuppiter assit. Fortunazq: ferat foelix nomenque secudet: ea at moralis philosophiae parte: q ciuilis ratio ac disciplina cotinetur: ut plurimi tunc philosophoz: Potissimum secutus est. Sed uti in physicis uehementer simplex fuit: atque uetustus: quatum ex iis eius scriptis facile percipi potest. Nube niues tenues & grado gignitur atra. Et tonitrus alto fulgur ab axe ciet. Flatibus assiduis miscentur & aquora: siqs Non moueat quicq: iustior esse nequit: atque omnino talis sapientia tantum eo tempore uisa est contemplatiōe terminos necessitatis excedere. Caeteri autem philosophi ex ciuili uirtute sapientiae nomen traxerunt. Dicunt autem in Delphis una fuisse: ac iterum Corinthi. Cum eo fere omnes coi Periandri accitu conuenissent conuiuioq: ab eo excepti forent: maxime autem eorum gloriam & auctoritatem Tripodis circundatio auxit: Qui quasi circuitu mansuetudine & quadam consuetudine submissione per singulos iuit. Dicitur enim Cois piscatoriū ate trahentibus Milesios hospites iactu emisse sic imanifestum. Itaque aureum Tripodem rati tractu apparuisse: que ferunt Helenā cum e Troia nauigaret quoda oraculo admonitam in iis locis deposuisse. Primu igit inter hospites & piscatores de tripode controuersia exorta est. Deinde suscipientibus ciuitatibus cam: quae usque ad bellu pcesserat: utrisq: a Pythia responsum est. Sapientissimo Tripodem dari oportere: primum ad Thaletem Milesium missus est permittentibus Cois illi uni ac largientibus id: Cuius gratia cum uniuersis Milesiis antea bellum gesserat. Cum uero Thales se sapientiozem Biantem esse affirmasset: ad eum est delatus: ab eoq: rursus ad aliu: Vt ad praestantiozem sapientia uirum uenisse dicitur. Postea circuens atq: ita per manus reuocatus ad Thaletem secundo peruenit ad postremu ex Milete exportatus: Thebasq: aduectus Ismenio Apollini cosecratus est. Verum Theophrastus aliter sentit: Ait enim primum in priniam Bianti esse delatum: secundo in miletum Thaleti iussu Biantis esse missum: sicque per omnes uadens: ad Biantem iterum reuertisse: Tandem in Delphos esse aduectum: Hae sunt igitur omnium fere sermone celebrata. In hoc tantum dissentiunt: q alii minus pro Tripode ii quidem phialam a Croeso missam Bathidis poculum relictum fuisse asseuerant. Priuatim uero Anacharsis solonisq: ac rursus Thaletis congressus quida & colloquia huiusmodi fuisse memorantur. Anacharsis. n. Athenas Solonis domu accessisse fert. hostiuq: pulsasse: nutiasq: se peregrinu esse coniungendaq: cum eo amicitiae atq: hospitalitatis gratia aduenisse. Respondente Solone domi comodiorē esse amicitiae firmandae locu. Tu igitur Anacharsis dixisse ferut: domi amicitia nobiscu: & hospitalitatem in eas. Sic Solon eius ingenium admiratur humaniter ac benigne homine accepisse: eumq: apud se postea quoddam tempus habuisse: cum iam publica negocia tractare & leges describere aggressus esset. Quae res cum apud Anacharsē percrebuisset. impensam Solonis operam & studium uehementer irrisisse. quippe qui existimaret se iniurias ciuium ac cupiditatis litteris coercere posse: quae nihil ab araneorum telis differrent: sed quemadmodu illae: sic hae ex captis debiles atq: imbecillos detinent: a potentibus autem atq: locupletibus rumpuntur. Ad hae solonem respondisse dicunt: conuentiones tamen & pacta: homines seruare solere. quae transgredi ex contrahentibus nemini conducat. Eodem modo se ita ciuibus leges accomodare: Vt eas seruare: q non utilius & salutaris omnibus esse uideat. Verum hae non eū Solon quem sperat: sed quem Anacharsis coniecerat exitu habuerunt. Illud etiam inquit Anacharsis si maxime admirari: cum concioni interesset: q apud graecos homines sapientes dicerent: stulti uero iudicarent: Ad Thaletem uero in Miletum Solon cum uenisset: admiratum esse: q ille nuptias & filioz procreatione penitus contempsisset: Thaletem autem tunc quidem tacuisse. sed paucis diebus interpositis peregrinum quendam subornasse: Qui se Athenis nuper decimo post discessum die aduenisse diceret qui rogatus a Solone nuquid noui Athenis esset: ut doctus erat: nihil aliud respondisse. Nisi q adolescentis cuiusdam affectu retu funus. Ac ciuitas tota cosecuta esset: q eius pater uirtute atque existimatione inter Ciues primus obtineret: que tunc minime affuisse: sed iam diu ab Vrbe abfuisse dicerent: Ve illi misero Solonem dixisse. Sed quomodo ille uocabatur: audiri respondisse nomen: Sed memoria excidit: Nisi q ob eius iustitiam. ac sapientiam omnibus esset in ore. sic singulis responsis Solonem in metu magis coiecisse. Postremo iam turbato animo ac sollicito ipsum peregrino nome subiicisse: cotēdisseq: ab eo: nu illi ciui Soloni nome eet.

Annunte autē hoīe cōpisse Solonē caput cedere: atq; alia facere & dicere: quæ ab hoībus afflictis & calamitate aliq; perfunctis fieri solent. Tum Thaletem ridētē his hoīem aggressum ferunt: Hæc meo Solon a nuptiis & a procreandis liberis dehortantur, quæ te hominem fortissimum & constantissimum infrungunt. Sed bono aīo spe optia cōfirmatus sis: nec huiusmōi te uerba cōmoueāt. Nō, n. uera sunt. Hæc Hermippus memoriæ mandata affirmat a patre eo quodā quē Esopi aīum habuisse dicit. Demisso igit aīo atq; abiecto ē: q; amittēdi metu reg; possessionē refugit. Sic, n. nec diuitiis ullus nec gloria nec sapiētia parta pfruatur: si ea quotidie auferri posse pertimescat. Etenim uirtutem ipsam: qua nulla possessio maior: nulla iocundior: uidemus morbis quibusdā ac medicamentis interdū auferri solere. Ipse at Thales nihil magis ob hoc metu liberatus est: nisi fortasse nulla neq; amicoꝝ neq; familiariū neq; patriæ caritate tangebatur. Verū Cybistū (ut aiūt) ex sorore natū sibi i filiū adoptauit. Nec, n. erat eius animus oīo ab hūanitate remotus: sed ut ad sentiēdū cōtēplādū ac memorādū optime a natura istitutus erat ita i amore facilis & phumanus i fundit. n. semper aliquod externū & naturali qdā rōne i gerit iis: qbus priuatū ante domesticū nihil ē: Sed ueluti i domū atq; agꝝ uacūū legitimis hæredibus serui alieni atq; iuglini inuadūt: & possidēt: atq; una cū amore curā quoq; & metū eaz; reg; grato aīo induūtur. Ex quo intueri licet hoīes natura duriores de cōiugibus ac liberis differētes: eosdē tamē i ancillaz; filiis ac pellicibus ita aīo eē fracto: ut q; desideriu eoz; ferre nō queāt i morbū sapiissime incidāt: morianturq; & uoces humiles & effœminatas emittāt. alii ex canū atq; equoz; interitu turpiter & fœde ad dolorē se habuerūt. Alii cū filios gnauos & pbos amisissent: suū casum moderate tulere. Nec sunt ob id i aliquā turpitudinē deformitatēq; plapsi: sed reliquā uitā cōstanter sapiēterq; uixerunt. Infirmitas enī ac debilitas nō amor & caritas infinitos atq; imēsos dolores & metus affert hominibus: qui minus excitati ratione fortunæ impetū ferre didicerunt: quibus nec re optata: Etiam si sit: pfrui licet. q; amittēdi in postez; metu aīo semper sollicito sint atq; suspenso. Decet at nec pauperi sibi ad pecuniæ amissionē remediū quærere: nec amicoꝝ contentione præsidium contra priuationem parere: nec filioꝝ inopia orbatu prospicere: sed omnia ratione consilioq; moderari. Sed hæc ad præsens satis superq; esse uidentur. Cū uero Atheniensibus ex graui diuturnoq; bello: qd' cum Megarensibus p Salaminorum insula gesserant fatigatis: capitale apud eos esse cōpisset: si quis legē de uindicta insula ferre audeat: eam labē atq; ignominia grauissime tulit Solon. Cūq; intueretur plurimā ituentutē: maxime ad bellū spectare: sed ducē ei & auctore deesse. Nā ipsa per ne aggrederetur legis metu deterreri: furere se simulauit. eaz; fama ex eius domo tota urbe uehemēter inualuit. Solonē desipere. Ipse interī cum elegiā clā edidisset exercuissetq;: quo memoriter recitare posset: cœno fœdatus repente domo profiliens: magno uulgi cōcursum & frequētia i forꝝ descendit & præconis lapidē cōscendens: elegiā adhibitis modis & numeris recitauit: cuius initium huiusmodi ē: ipse qdē præco cara salamine relicta. Aduenio & cātus concio nostra tulit, hoc carmē Salamis i scriptū est: cuius sunt singuli uersus multo lepore uenustate urbanitate referti. Cūq; iā cantui finē imposuisset Solon: approbantibus eius amicis ac collaudantibus: imprimisq; Pisistrato ciues impellente atque adhortante solonis auctoritati parere: legē abrogari: rursus ad bellū incubuerūt: eiq; Solonē ducē præfecerunt. Ex his igitur quæ maxime popularia sunt huiusmodi fuisse ferunt: Solonē cū Pisistrato in Coliadē nauigasse: ubi cū mulieres oēs offendisset sacra Cereri patrio ritu persoluentes: hominem fidum transfugā se simulantē Salaminē misisse: iubentēq; Megarenses si primarias Atheniensiu fœminas uellent capere: in colliadem secū q̄celeriter nauigare: cū uero hæc Megarensibus placerent: eo uiros classe emisserunt: quos ubi conspexit Solon ab insula eo contendere: mulieres lōge abire ex iuuenibus i puberes deligens eoz; uestitu mitris & calciamentis iussit ornari: gladiosq; paruos quibus e manu uti possent: accipiētes occultos haberi: atq; ita istructos ludere i littore & choreas ducere ipauit: quoad hostes descenderent: & capiendi nauigii facultatē præberent. Quibus ita dispositis aspectu decepti Megarenses: cū se propius admouissent: exilientes illi ueluti in mulieres subito inuaserunt. certatim inter: se ne q; effugeret: sed oēs caperent cōtendentes. Quare ipsi postea istructa classe inuadentes insulam inditionē Atheniensiu redigerunt: Alii uero dicūt hæc nō eo pacto quo diximus eē gesta. sed ex Delphis huiusmōi oraculū allatum esse: Cultores supplex horas uenerabere sacris. Quos ager asopi gremio cōplexus amœno. Cōdit: & occidui p̄spectant lumina solis. Solonē uero noctu Salaminem nauigio adductū heroibus Periphemo & Cichri hostias mactasse. Deinde qngētos ex Atheniensibus seq; uolētes accepisse: factō atē decreto ut si insulam caperent: republi. Munera obire possent. Sic cū plurimis piscatoriis nauiculis una triginta remorum consecuta post promontoriū quoddā ad Euboiā uersum in insidiis se collocauit. Quod cū Megarenses qui Salaminæ erant: ex quodā rumore hominū accēpissent rem nihil firmamēti aut roboris habere: ipsos tumultu & trepidatione ad arma cucurrisse. nauē etiā istructam ad speculandū misisse: qua appropinquante Solonem esse potitum. Megarensibusq; in uincula coniectis: delectos Atheniensium in eā imposuisse: iussisseq;: ut q; occultissime possent ad urbē cursum arriperēt: ipsum uero cū reliquis copiis aggressum cū megarēsis pedestri certamine manus cōseruisse: qbus adhuc pugnatibus eos qui nauī aduecti erant: oblata occasione ad ortos urbem cæpisse. His ita gestis ea quæ obseruantur attestari uidentur: Nauis quædam attica primum silentio nauigauit: deinde ubi uocibus & bellico clamore se itulerunt. uir quidam armatus maximo clamore ad Siradium tumultum a terra ingruentibus citato cursu se obuium tulit. Extat autem famiam Solonis iuxta littus positum. Fudit enim eo i loco megarēsis: & quos reliquos fecit pugne calamitas: initio fœdere missos fecit. Verum megarēsis etiam acrius incūbentibus: multis illatis acceptisq; in bello cladibus: cōpositores & iudices Lacedæmonios fecerunt. Qua i cā multi aiunt Homeri opinionem uehementer Soloni suffragatam esse: nā cum in nauium cathalogum uersum quen

SOLONIS

dam ipse coniecisset: in iudicio recitasse. Bis senis salamine aiac cū nauibus ibat. Cecropidū quo castra loco/ posuere phalanges ipsi at atheniēses hęc p uanis ac fictis ducūt. Vegaiūt Solonē ipsum ostēdisse iudicibus phileū & Eryfatem Aiadis filios a Atheniēsis ciuitate donatos insulā ipsis tradidisse habuisse: hos qdē braunonē: hos at Miletā atticæ Regionis locus. Curiā quoq; philaidag; Athenis eē Philei nomie appella/ tā ex q; Pisistratus fuit: magis ēt Megarēses arguere uolētē de corporibus defunctor; defensionī suæ fidem sumpsisse qd' ī sepeliēdis corporibus Salamini nō Megarēsiū: sed atheniēsiū morē seruaret. In sepeliēdo enī megarenēses mortuos ad oriētē cōuertūt: atheniēses at uersus occidentem. Instabat cōtra Hereas Me/ garenēsis aiebatq; Megarēses ēt mortuorum corpora ad occidentem uersa humi mādare. Illud p̄terea ma/ rius adiungebat. Atheniēsiū singulos singula sepulchra habere. Megarenēses cū tria & q̄ttuor singulis ef/ sent in uno tātū sepeliri. at Soloni dicit Phytica qdā oracula p̄ magno aduimēto fuisse: ī qbus Ionia Salamis uocitata ē hęc cām delecti iudices iudicant qnq; uiri Spartiatæ Critolidas Amōpharetus Hisechidas Ana/ xilias Eleomenes. Ex his igit Solōis gloria & magnitudo magis illustrata ē. Quin ēt p̄ maximū iter græ/ cos nomē & admirationē cōsecutus ē ex illa oratiōe quā p̄ Delphis habuit: q̄ suasisit occurrēdū eē nec Cy/ reos cōtēnēdū q̄ templū fatidicū uiolassent: sed eius Dei gratia Delphos subleuādos esse. ab eo enī impul/ si Amphyeriones bellū susceperunt: qd' cū alii p̄ multi tū Aristoteles ī Pythiæ uictor; descriptione sentire uidetur qui hoc Solonis sententiā & auctoritate factū dicit. Haud tamen est ei bello Solon imperator prae/ positus: ut Hermippus ex Euantis Samii testimonio affirmat. Neq; enim hoc Eschines orator approbat: & in Delphicis monumentis Alchemeonis ducis est nō Solonis nomē inscriptū. Cylonis autē piaculū sol/ licitam iam diu ciuitatē tenuerat. Ex quo focii Cylonis cōiurationis Megadis oratione adducti iudicio: se commiserunt. Quos cum simulachri uestes secū adduxissent: eaq; se inuoluissent: ubi ad ipsas Erines uē/ tum ē. Megades una cum collegis lace/ ata Deæ uestiæ cōphendere aggressus est: q̄ si Dea supplices renuen/ te quor; partim foris lapidibus obruerunt partim cum ad aras confugissent: ubi iugulati sunt: illi tantum dimissi sunt: qui ab eor; uxoribus supplices opem implorarunt. Ex hoc piaculosor; nomē subeuntes odio at/ q; inuidiæ fuerunt. Ex illa at Cylonis factione qui reliqui fuerat: cum rursus eor; corroboratæ eēt opes a/ Megaris successoribus capitali semper odio dissiderunt. Eo at tēpore plurimum iualuerat ea seditio & ad/ ultimum pene discrimē p̄ducta erat: Itaq; dissidēte ēt plæbe. Solō cum iā p̄ multum auctoritate ualeret ad/ eos motus sādādos una cum p̄cipibus atheniēsiū p̄cessit ī mediū: & partim obseruando partim com/ monefaciēdo iis qui piaculosi dicebantur: persuasit: ut de ea re iudicio decerni uellent: Trecentis igit opti/ matibus delectis iudicantibus accusatore Mirone Pniēi filio dānati sunt: secesserūtq; q̄ uita supererāt. De/ funtor; at corpora effossa extra fines exportata sunt. Hos motus atq; perturbationes obseruantibus Me/ garenēsis. Nisēam & Salaminem rursus amiserunt. Atheniēses & metus quidam ex superstitiōe & ostē/ ta sollicitam ciuitatem habebant. Vatesq; in sacris pollutiones & piacula apparere: & expianda nunciabāt. Sic Epimenides Phestius ex Creta athenas uenit accersitus ab atheniēsis. Quem septimum quidam ex iis qui Periadag; reiciunt: inter sapientes annumerant. Extimabatur autem hic circa res diuinas p̄ mul/ tum religione: sapientiāq; ea p̄stare: quæ afflatu numinis mysteriisq; concipitur. Iccirco Balthæ nym/ phæ filium & Curetam nouum per id temporis homines uocitabāt. Cum igitur se contulisset. Athenas: Solonis amicitiam receptus multor; illi adiutor fuit ad legum condendag; rationem. Nam & expeditoria sacrificia fecit: & circa luctum mitiora: cum sacra quædam ad exequias adiunxisset: oēm at horridum: ac/ barbaricum morē: quo prius mulieres utebant sustulisset: & quod p̄ maximum fuit placatiōibus expiatio/ nibusq; ac statuag; collocationibus ac mysteria ac religionē urbē instituens iustitiāq; obnoxiam: & ad con/ cordiā proniorē p̄pensiorēq; reddidit. Dicitur ēt cum Munichia uidisset: ac diu locum ipsum contēplatus eēt: dixisse. Quāta cæcitate sunt hoīs regē futurag;. Atheniēses. n. suis dētibus efuros eē locū: si quot ex eo ipenderēt mala ciuitati p̄spicerēt. Simile at quidā & Thaletē cōiectasse ferunt: se. n. ipm quodā ī loco Mile/ sii agri uili ac cōtēpto mortuū sepeliri iussisse: cū p̄diceret in eo for; aliq; milesior; futurę. Epimenides igit magna ī admiratione habitus: opes multas & honores largiētibus Atheniēsis: nec aliud q̄ ex sacra/ olea ramū poscēs atq; accipiēs discessit. Athenæ at Cylonia turbatiōe residerūt: sūmotisq; piaculosis ī anti/ quā rursus de repub. seditiōe ac discordiā reciderūt quot; discrimina regio habebat: toto ī partes diuisa/ ciuitatis ē: Erat. n. Dyacrior; genus maxime populare: Pedicor; at paucor; admīstratiōi uehemēter stu/ debat. Tertii uero parali mediū quēdā ac mixtū regendi modū cōplexi: ut utrisq; ipedimēto erāt: & ne alte/ ra pars ī rep. uiceret: phibeat. Eodē tēpore exorta uehemēti pauper; aduersus diuites cōcertatiōe: ciuitas undiq; laborabat. His tot ciuitatis icōmodis ac fluctibus sola tyrānis remedium petebat. Oīs. n. plæbs p̄/ mebat a diuitibus magnitudie æris alieni. Aut. n. illis agrū colebat sextā fructū ptē soluētes: & hec̄temorii ac mercenarii nūcupabāt: aut debito cōflato creditoribus corpora ad portāda onera debebant. Atq; horū alii seruibāt. alii ad exterās regiōes uēdēdi emittebat. Per multi at p̄ prios liberos cogebāt uendere: nulla n. phibeat lex: & exilio creditor; crudelitātē effugere: Sed plurimi eor; ac robustissimi & ipsi rem inno/ uare aggressi sunt: & cæteros sollicitabāt rē nō cōtēnere: sed unū principē hominē fidū creare: illos autem tardos nec oportunitati se offerētes abdicare: agrū diuidere atq; oīno repub. abdicare: immutare. Hoc ex Atheniēsis ii qui altius p̄spiciebant intuētes: Solonem solū ab omni errati suspitione remotum: nec di/ uitibus iniuriæ socium: nec pauper; necessitati obnoxiiū: hortati eū sunt: ut repu. capefferet: & eas tātas dif/ fensiōes cōprimeret. Phaniās lesbis Solonē scribit ī utrosq; fraude esse usum p̄ salute communi. Egenis clam enim diuisionem agrorum: locupletibus uero tabulag; stabilitatem pollicitum esse. Solon ipse ait ab initio remp. attigisse: & si hor; cupiditatē & illo; insolentiā nosset. Creatus ē aut prætor post Philom/

brotum: eiq; componendae discordiae & legū ferendae cōmissa potestas est: diuitibus eū summo stu-
 dio: ut locupletē hominē pauperibus ut probū uig; acceptantibus. Feriur at eius quaedā celebrata uox: aq;
 litatem minime bellum efficere: idq; opulentis ī opibusq; placere: cū ii quidem mēsurā ac numero: illi uir-
 tute & dignitate aequū se habituros eē opinē. Vnde cū utriq; in spem permagnam adducti essent: q; factio-
 nibus praeerat. Soloni plurimū instabāt: tyrānidē ultro offerētes: iuadētesq; ut audiētius ciuitatē ī dicionē
 acciperet: oblata potiundi facultate. Multi at e medio ordie ciues honestā ac legitimā ciuitatis mutationē
 intuētes difficultatis plurimū ac laboris eē habiturā: nō recusabāt unū iustissimū ac sapiētissimū uig; sum-
 mae rei p̄ficere. Nōnulli et tradūt Pythicū oraculū huiusmodi fuisse. Puppe gubernator media stans diri-
 ge cursus. Plariq; tamē atheniēsiū auxiliari maxie nō eius necessitati obiurgabāt: si ob nomē tyrānidē p̄-
 horrescat: qn nō dominātis uirtute ad iperii dignitatē statī sit puentura: neq; id primū Euboiae usu uene-
 rit: q; Tymonidē: & nūc Mytilenis q; Pythico tyrānidē pmiserūt. Hōg; nihil Solonē de snia dimouere po-
 tuit: sed amicis ita respōdisse dicī pulchrū eē tyrānidē locū: ueg; exitū nō habere. Ad phocū aut ī carmine
 quodā ita scribit: Si fuit hoc aīo: patriaeq; & legibus olim parcere: uig; simul diraq; tyrānide cessi. Nomine
 infamiā metuens nunc nulla remordent Facta animū: cunctosq; reor sic uincere posse. Ex quo manifestū
 ē ante conditas leges permagnā illi gloriā accessisse. Ea uero quae in eum multi irridentes dixerant: ita con-
 scripsit ipse: Nec uir consilii Solon: nec callidus astu. Quae deus obtulerat respuit illa bona. Nec quondam
 partae contentus munere praeda. Rætia deposuit spesq; sefellit eum. Nāq; auri incessit mentem male sana
 cupido. Atq; unū patriae tradere iure diem. Optauitq; modo uictori tergore pellē Diripi. extingui post ge-
 nus omne suum. Hae de seipso loquentem multitudinem imperitam introduxit. At qui tametsi tyrāni-
 dē respuisset: aut tamen in gerendis negociis & administranda Repub. dissolutum se praebuit: nec potenti-
 bus & factiosis ob ignauiam ac mollicie sibi concedendum putauit. Nec in ferendis legibus eog;: qui eum
 diligerant: uoluptati est obsecutus: sed ut optimum sibi factū uidebatur: Medicina & inuouationē rerum
 omniū minime probauit: metuens ne si omnia penitus irrita fecisset turbata ciuitate imbecillior fieret: q;
 ut ea rursus constituere: & in optimum statū uēdicare posset. Quibus at dictis extimabat ciues sibi optem-
 perantes & ad subeundā necessitatē paratos efficere: ea ipse quoq; faciebat (ut ipse affirmat) uim simul iu-
 stitiāq; coaptans. Quare cū posteriori tempore quāsitum esset ab eo si optimas leges atheniensibus descri-
 psisset: quibus ipsi obtemperans: inquit optimas. Quod aurem iuniores dicere soluti sunt. Atheniēses mi-
 tibus nominibus & mansuetis reg; tristitiam obtexisse: urbaneg; minuendo uim atq; atrocitatem miti-
 gasse: prostibula meretrices tributum coordinationem ciuitatis: custodes at praesidia ciuitatum domum
 uero carcerem nuncupantes. Solonis auctoritate primum constitutum est: qui remissionem aēris alienis:
 sisathiam id est oneris leuationem appellauit. Hoc enim primū ab eo in repub. constitutum est: cū debita
 decreto rescidisset: nec in posterum cuipiā licere corpore obligato pecuniam scenerari permisisset. Et si qui
 dē pdiderint litteris: in quibus est Androcion nō debitor; remissione: sed sceneris mediocritate leuatos:
 pauperes satis sibi factū putasse: & hanc humanitatem ac benignitatem sisathiam Solonē uocasse: ad id qd
 hoc consecratum est declarat: quod mensuris ac nummi p̄cio accessio facta est. centū enim dragmag; mi-
 nam constituti cū ante septingenta & trium foret. Quare cum numero quidem equū solueretur: p̄cio ue-
 ro minus soluentibus utilitatis: uel plurimū attulit: detrimenti aut accipiētibus nihil. Plurimi item sunt: q;
 dicant abolitionem omnium tabular; sisathiam fuisse: atq; cum his poemata magis conuenire uidentur.
 Gloriatu enim in illis Solon se prioris agri multis locis fixos terminos sustulisse: & quod primū seruiens
 esset nūc liber; Cōstitutis aut ciuib; ad exportandas pecunias: ab eo munere peregrinos reiecit. qui Atti-
 ce loqui nescirent. quippe qui saepissime aberrarent: qui autem seruitute indigna praemebātur: ait se liber-
 tate donasse. Ex hac re plurimū turbationis ac molestiae Solon cepisse dicitur: Vt enim aggressus ē aēs alie-
 num rescidere: cū & uerba idonea & honestū p̄cipiū quae eret: cū amicis cōmunicasse: quorum fidei pu-
 tabat se tuto posse committere. Feruntur aut in quorum consilio usus est: Conon clinia & Hypponicus ī-
 quiens se agrum minime mouere: sed debita rescindere statuisse. Illi aut praueuientes statim praecupa-
 tesq; multas pecunias a diuitibus scenori acceperunt: agrūq; ex illis permaximū emerūt: sic postea cogni-
 to decreto cum illi fruerentur possessionibus pecunias aut minus dissoluerent: maximā Soloni infamiā
 ac calūniā uinxerūt: quasi nō ipse iniuria affectus: sed participes iniuriae extitissent. Veg; eo crimine sta-
 tim quinq; talentis se liberauit. Tantum enim sibi deberi inuentū est: quod debitū statim per legem remi-
 sit. Quidam uero quindecim fuisse dicunt: quog; unus Polizelus est Rhodius. At eius amici Crecopides
 ex debiti retentione perpetuo nuncupati sunt. Fuit autem eius ratio cū gratia nemini: tum diuitibus p̄mo-
 lesta: q; tabulas irritas fecisset: inopibus et molestior: q; sperantibus agrum nō diuisisset: neq; omnino ut
 Lycurgus aequales inter se atq; similes uiuere coegisset. Verum ille cum. xi. ab Hercule foret: multosq; La-
 cedæmoniis imperasset annos. Amplissimis amicis plurimum opibus & auctoritate ualere: his munitis
 quae sibi reipub. cā optime suppetere esset opinatus: ui tamen magis q; suasiōibus usus: ut oculus sibi offe-
 deretur: rē omniū maximā & efficacissimā ad salutē & cōcordiā ciuitatis peregit. neminē ex ciuib; paupe-
 rē nec diuitē eē. Hoc. Solon q; & ordie medius erat & rep. popularis minime expleuit: nihil aut ē ausus qd
 minus dignum suis uiribus putaretur: quū ex sola uoluntate ciuium: qui illi se cōmiserant: ad rē gerendā
 esset aggressus. Quod aut multos offendisset spe & opinione deceptos: ipse ostendit his uersibus: Quā se-
 gnes fuerant olim: nunc aestuat ira omnibus: atq; hostem ueluti me torua tuentur. Ast alius si quis tali sit
 munere functus Imperii: haud uulgum potuit cohibere furentem. Antea turbato q; lac detraxerat illi. Ve-
 rum tamen cognita statim utilitate omiſsa priuata calumpnia supplicationes publice statuerunt id sacrifici

SOLONIS

um *sisathiam* uocitantes. *Solonem* uero moderatorem reipubli. & legumlatorem designarunt: nec illi alia qdē alia minime: sed oīa magistratus concionē fore: senatūq; permiserunt: eorūdq; singulis p̄ciū & numeꝝ & t̄ps̄ p̄finiendi tum quod sibi uisum fuerit arrogandi probādiq; potestātē. Primū igit̄ omniū *Dracōis* leges p̄ter q̄ quā de cāde erant: oēs propter asperitatem magnitudinēq; p̄nā abrogādas curauit. Vna enī fere oībus mors p̄na diffinita erat: ut ēt qui ocii dānati essent capite mulctarent. & eis q̄ olera aut fructus furripuissent idē suppliciu: qd̄ speculatoribus aut homicidiis cōstitutū ēēt. Ob quā cām illd̄ *Demadis* laudatur īprimis: q̄ *Draconē* non atramento: sed sanguine leges descripsisse dixit. Ipse at̄ *Dracō* rogatus q̄ ob rem plurimas iniuriā capite plectādas statuisset: respōdisse dicitur se parua qdē delicta morte digna cenlere magnis at̄ maiore p̄nā inuenire nō posse. Secūdo *Solō* cū magistratus oēs ut erant locupletibus reliquere uellet reliquā at̄ reipu. gubernādaē partē permiscere: ad quā ante plēbs aspirare nō poterat: ad ciuiū census se contulit: & qui in siccis atq; humidis quingētis censi essent: ī primo ordine locauit: & *Pentacosio* medinos uocauit. id est quingentoz; *Medimnoz;* in secundo autem eos qui equos alere possent: aut tricētis sensi forent: & hos *Hyppodem* soluentes ab equis nuncupauit. *Zeugite* uero tertii census homines uocati sunt: qui tricentoz; numeꝝ censu explerent. Reliqui *Thetes* id est debitores aut mercenari sunt appellati quibus nullum magistratum adire fas erat: sed concionis habendā & iudicandi munus in rēpu. tantū obibant: quod ab initio nihil in postez; aut maximū uisum est. Plurimā enim controuersiaz; deferebant ad iudices. Et quaecunq; iudiciis magistratum subiecit: de eorūdem in forez; adeundi uolentibus potestātē fecit. Diciturq; cum leges obscuriores tulisset: & quā multos contrarios sensus reciperent: uim iudiciorū auxisse. Cum enim nō possent ius suum legibus obtinere: ad iudices necesse erat semper confugere: & omnem controuersiam ad eos deferre: qui quodāmodo interpretandis legibus praeesse uiderentur. Potentiū autem ipse sibi hoc pacto ad æquationem futurā. Quantaq; sat fuerat populo permissa potestas. Nec detractus enim nec datus ullus honos. Ast si diuitiis magnis opibusq; superbi. Quis equum praefer munerā nulla dedi: Sed ualida ambob; numini pectora parua. Vincierat neutz; uincere neue tuli. Magis etiā cū putaret subueniendū esse imbecillae multitudini. omnibus licere statu. t: de iniuria alteri illata supplicium sumere. Nā siue quis uerberibus cesus: siue laesus aliter: siue ei uis esset illata licebat alteri cuicunq; cui facultas & uoluntas foret: rei nomen deferre: & iudicio iniuriam persequi: Assuefaciebat enim recte ciues legumlator ueluti unius corporis incommoda æque sentire: eisq; pariter angī. Huic legi consonare eius uerba memorant: Rogatus enim quā ciuitas optime habitaretur. Illa inquit: in qua nulla affecti iniuria: nō minus q̄ iniuria prouocati prae se ferunt iniuriam: & eos qui intulerunt: ulciscuntur. Cum autem in *Ariopago* senatū constituisset: ex anniuersariis magistratibus ipse quoq; q̄ cū magistratu tunc esset: in eo concilio fuit. At cū plēbē ob debitorū abolitionem inflatam sibiq; praeidentem uideret: secundū senatum adiunxit: ex singula tribu: quā quattuor erant centū deligens uiros: quos praeuenire consulto multitudinem statuit: nec permittere sine consulto de aliqua re ad populū ferri. Superiorē aut̄ senatū speculatorem rerum omnium ac legū custodē uoluit esse: ratus fore ut duobus senatibus ueluti anchoris firmata ciuitas minus salo ac fluctibus iactaret: magisq; se ob eam causam sedatā & quietam plēbē habituz;. Vulgatiō igit̄ fama ē *Ariopagitarū* consilium (ut diximus) a *Solone* esse constitutum. Quā opinio ea re maxime cōprobari uideatur: q̄ de *Ariopagitis* a *Dracone* nulla usq; mentio facta est. Quin apparet eum de rebus capitalibus: cū *Ephetis* semper cōmunicasse. In tertiadecima at̄ *Solonis* tabula octaua lege ita ipsis nominibus perscriptū est: Quicunq; honoz; imunes erant ante *Solonis* magistratū. eis honores capere licere: praefer q̄ q̄ ab *Ariopago* aut ab *Ephetis* aut in *Prithaneo* homicidii aut iugulationis aut appetendae tyrannidis damnati a rebus essent: cū ea lex lata est. Ex iis igitur rursus uidetur ēt ante *Solonis* Magistratum: tum *Ariopagitas* extitisse. Qui enim fuissent ante *Solonem* in *Ariopagito* dānati: si *Solon* primus d̄ *Ariopagitas* iudicia retulisset: ni iam fortasse ex scriptorum defectu obscuritas quaedam existit: Vt qui eis criminibus damnati fuissent de quibus *Ariopagita* & *Epheta* & praetores iudicarent: quo tēpore hāc lex lata est: prohibiti essent honoribus reliquis omnibus honore donatis. His igitur ita *Solon* prospexit. Ex aliis autem eius legibus illa praecipue incredibilis atq; īprimis admirāda ē: quā honoribus abdicat eū q̄ orta seditione neutra factionē secutus sit. Voluit quidē: ut uideat: neminē cū priuatas rationes ī tuto locasset: nulla cōi cura ac sollicitudine cōtineri glorianteq; alioz; incōmodis difficultatibusq; minime angerent. Verz; optimis ac iustissimis uiris eē pponi tū cum aliis pariter periculis se offerre: atq; opē afflictis rebus ferre: magisq; absque piculo quietū exitū uictoriae expectare. Illa uero absurda atq; ridiculosa uideat: quā permittebat uxori: si eius uir minus ad rē uenereā cēt idoneus: mariti p̄pinquos admittere. Atqui hāc recte se habere quidam putauit: ad eos q̄ coire ipsi nequeūt: pecuniā at̄ grā uxores accipiūt: & cōtra naturā coire nitūt. Intuentes. n. illā q̄ cū libitū ei fuerit concubere: aut missām faciēt: aut cū dedecore & ignominia retinebāt: cupiditatib; pecuniā & cōtumeliae p̄nas dabunt. Illud etiam probatur: ut nō cū omnibus coiret uxor: sed ex mariti necessariis unum sibi deligeret: nec alienum esset quod nasceretur: & generis necessitatem attingeret. Ad hoc idem illud spectant. ut sponsa cum uiro occluderetur: unaq; cōtonio malo pro bellariis uesceret: utq; ter in mense omnino congrederetur uir cum uxore. Nam si minus liberi nascerentur: fore putabat: ut huiusmodi honor ac benignitas uiri aduersus pudicam mulierem per multas frequenter collestas in gnationes tolleret: nec sineret penitus odio abalienari animos. Ex ceteris autē matrimoniis dotes sustulit tres tantū uestes & quaedam paruū empta uasa: aliud praeterea nihil nutam secum īportare iubens: Voluit enī uiri uxorisq; consortium nō praeicio ac mercede: sed liberorū caritate gratia beniuolētiaq; cōiūgi *Dionysium*. n. tyrannū cū rogaretur a matre: ut quandam ex ciuib; in matrimonium acciperet: respon-

disse ferūt. Ciuitatis quod leges abrogari a tyrāno: nature aut leges cogi nullo modo posse: si propter aetatem uxori se
 iunxerit: hac aut absurditate & deformitate sibi in ciuitate numquam inducenda uideri: nec permittendum ut affini
 tates alieno tempore fierent & quae neque gratiae quippiam nec officii nuptiarum nec finem essent habiturae. Verum senem
 puellam ducentem a diligente principe aut legulatore id iure optio dici queat quod in Philotete dictum memoratur
 Quam bene igitur nubere potes miser ac habitas in thalamo diuitis uetulae: ut pides ex concubitu pinguem te
 cooperies transibis uirginem ad sponsam uim indigentem: haec igitur satis ad presens illa uero Solonis lex laudat pro
 pue quae prohibet in defunctos maledicta concicere. Nam & pius est eos sacros ducere quia uita discesserit: & iustus is: quod
 esse desierit: abstinere: & ciuile inimicitiarum aliquando modum statuere nec in infinitum progredi sinere. in unum aut
 si quis sacris in locis uel in iudicio uel apud magistratus aut cum certaminum spectaculum instaret: maledictis esset in
 uectus is priuatim illi tres dragmas erario duas alias soluere cogebatur. Nusquam, in ira continere imperiti est hominis:
 atque intemperantis: ubique uero difficillimum quibusdam est impossibile esse uidetur. Decet autem in ferendis le
 gibus possibilitatis & facultatis rationem habere. si quis uelit utiliter in paucos quae sine utilitate in multos ani
 maduertere. Illa etiam lex qua testamentis prospexit auctoritatis plurimum habuit in ciuitate & summo in ho
 nore fuit. Antea. nam non licebat alio deriuare hereditates uel pecunias simul & domum defuncti familia ma
 nere oportebat. Solon autem cum promississet pro uoluntate cuiusque nisi superessent filii haereditate constitui: uisus est ami
 ciciae propinquitati & gratiam necessitati praefere. Pecuniarumque possessionem esse habentium statuisset. Non tamen
 temere ac nullo habito respectu huiusmodi licentiam permisit. At si non morbo ingrauescente aut medica
 mentorum uel impellente aut uinculis & cruciatu coactus aut coniugis suasionibus ac blanditiis esset addu
 ctus. Existimabat enim & quidem recte & sapienter propter decus aliquid honestatemque suaderi: nihil a ui: ac
 necessitate differere. In eodem uero cum necessitate fraudem: in quo dolore cum uoluptate in comparatione iu
 gebat. Quae omnia pariter hominem a mente ac ratione distraherent. Egressionibus quoque mulierum ac fle
 tibus & celebritatibus lege prospexit quod omnem immodestiam intemperantiarum sustulisset. Exire cum tribus:
 tantum uestibus iubens: nec cibum ac potum plusquam obliuiscere nec cubito maiorem habere: nec noctu in
 ter suscipere nisi plato lumine in uehiculo deferretur. Lacerationes uero se caedentium & quae luctum pro
 uocare solent: ploratus quoque & lamentationes flebiles in alieno funere penitus sustulit: nec imolari bouem
 permisit nec pluribus quam tribus uestibus uti nec ad aliena monumenta accedere: nisi quo tempore efferretur.
 fanus quoque plurima fieri nostris quoque legibus prohibentur. Est enim illis optime comparatum: ut molles at
 que effeminati homines: & his perturbationibus ac delictis quae circa haec genera sunt obnoxii: & mulierum
 more haec facientes supplicium luerent. Cum autem intuerentur urbem refertam hominibus qui in Atticam
 quotidie licentiae atque impunitatis gratia confluebant. maximam uero agri partem incultam infructuo
 samque esse: & qui nauigationi rebusque maritimis intuenti essent: nihil eis importare consuesse: qui nihil con
 tra afferre possent: ad artes ciues traduxit. Lege etiam sanxit: filium haud patri necessariae uitae subsidia debere: a
 quo nullam artem accepisset. Lycurgo. nam datum laudi merito est: ut cum urbem uacuum haberet ab omni pe
 regrinorum & conuenarum coetu ac commercio amplam etiam regionem ac bis totidem suppetentem: ut Euripides inquit
 seruum propterea multitudinem lacedaemonii circumfusam: quae opinum factu erat haud ociosam dimittere: sed
 opere fatigare: & labore assiduo humiliorum efficere: ciues ab omnibus liberalibus artificijs & questibus re
 mouere continereque in armis: & eam unam illis artem discendam atque exercendam proponere. At Solon leges re
 bus magis quam res legibus accommodauit. Regionis quaesitum & naturam contemplantus: quae uix laboratibus: ac
 agrum colentibus ad uictum sufficeret: ociosam aut multitudinem alere non posset. artibus honorem habendum sta
 tuit. Ariopagitis quoque negocium dedit: ut unde cuique necessaria forent. prospicerent: de inertibus ac desidioso
 sis supplicium sumerent. In eo autem uehementionem se praebuit: ut qui e meretricibus nati essent: paren
 tes alere non temerentur: ut Heraclides ponticus scriptum reliquit. Qui. nam in congressione & commercio mu
 lieris decorem non seruat: is facile declarat se non liberorum gratia ad eam rem impelli sed uoluptati potius indul
 gere. Itaque mercede se priuat: nec sibi ius parentis in liberos reliquum facit: quibus ipsa procreatioe dedecus
 & ignominiam attulit. Omnino tamen Solonis leges de rebus ueneris deformitatis plurimum continere uidentur
 Moechum. nam interimere fas esse deprehendenti uoluit. Si autem raptam liberam mulieri uim attulisset: eum decem drag
 mis mulctauit. Sin suasionem in suam suam traxisset. uiginti dragmarum poena statuit teneri: praeterquam eas quae
 palam sibi indixissent quaestum: dico autem meretrices. Namque illae manifeste se permittunt iis: qui praecium afferunt
 Sustulit autem ius uenendi filias & sorores. nisi qui cum uiro coeuntem uirginem deprehendisset. In eadem
 autem re puniendam nunc se seuerum & immitem: nunc clementem & facilem praebere ei que quancunque
 fors attulit poenam definire: a ratione profecto admodum dissonare uidetur. Ni iam quod nummi penuria in
 ciuitate tum foret: pecuniarias poenas reddebat penuria ipsa grauiore. Ad praecia quidem aestimationes
 que sacrorum pecus computabat & pro medimno dragmam habebat. Et qui isthmia deuicisset. centum
 dragmas dari placuit: olympiam uero: quingentas. Qui uero attulisset lupum quinque dragmas iussit ac
 cipere: lupam autem tantummodo unam. ut Phalerius Demetrius tradit: hoc boui praecium illud pecu
 dis esse statuens. Quas enim in sextadecima tabula aestimationes eximiis uictimis praefiniuit: consentaneum
 est multiplices extitisse: attamen eae quoque praecillis quibus nunc utimur. exiles parcaeque sunt: Vetusta est
 autem consuetudo Atheniensibus bellum cum lupis gerere: pascuo uero agro indulgere quam agriculturam satius
 esse ducunt. Est etiam opinio quorundam: unde nomina tribuum non ab louis filijs tribus: sed a generibus:
 in quae diuisae uitae ab initio sunt: nota accepisse: bellicum quidem oblitum ab armis operis intentum. Ergodes ab
 opibus quae Graeci & Epse uocant esse appellatos duarum aut reliquarum hos quidem qui agrum colebant ab agricul
 tura gedeodes: alios qui rei pecuariae operam dabant: aegicores a capris cognomen traxisse. Sed cum

SOLONIS

nec perennibus fluuiis nec lacubus quibusdam nec uberibus fontibus regio abundaret: sed plerique Atticorum puteis uterentur manu factis: lege statuit: ut ubicumque puteus publicus esset: eo intra hyppicum homines uterentur: est autem hyppicum quattuor stadiorum distantia quae abessent longius propriam sibi aquam exquirerent. Si autem effodientes decem palmorum profunditate haud inuenissent aquam tunc accipere a uicino liceret sex hydrias bis diebus: singulis indigentiae enim ac necessitati subueniendum inertiae uero ac desidia minime concedendum putabat. Definuit et Placitationis prudentissime mensuras: Cum quae in agro quouis aliquid placaret quinq; pedibus a uicio abesse iussisset: quae uero ficum uel oleam nouam. Longius. n. haec arbores protendunt radicem nec sine detrimento caeteris placatis propius admoueri possunt. Verum nutrimentum auferunt. & quibusdam humorem nocuum transmittunt. Scrobes autem & fossas effodiendi uolentibus potestate fecit modo quantum fossae fastigium foret tantum abesset ab alieno. Qui cumque ante apud aluaria conderet: hunc ab alterius ante conditis tricentis passibus abire. Solonis lege iubebatur Ex fructibus autem eum solum ad peregrinos exportari licebat. aliorum nullum ius erat asportandi & in eum quae exportaret sanxit et magistratum execrationes facere: aut ipsum aerario centum dragmas dissoluere. Ac prima quidem tabula ea est: in qua lex huiusmodi continetur: nec ullam omnino fidem adhibendam quis dixerit: quae aiunt superiorum aetate ficos esse exportare non licuisse idque ex eo maxime perspicuum esse: quod si qui ficos exportates indicassent sycophantae apud ueteres dicerentur. In offensionem et quadrupedum legem tulit: qua canem qui quippiam morsu affecisset: capistro quattuor pedum alligatum dedi iussit. In ea autem lege maxime uisus est securitati consulere: sed penuriae minus consuluit: cum ex peregrinis nisi quae perpetuo exilio patria pulsus esset: aut: quae ad artem aliquam exercendam cum tota domo Diisque penatibus Athenas migrasset: neminem ciuitate donaret. Hoc autem se fecisse dicit: ut non caeteros deterreret: sed ut eos reprobos promissa athenas alliceret: & simul existimarent eos ciuitati fidos & futuros: & qui necessitate patriam amississent: & qui sua sponte & uoluntate relinquerent: illud etiam proprium Solonis institutum putatur: quo in aerario epulum praebuit: quod ipse quasi accubare uocauit. Non enim eundem permittebat cibari eo loco saepius si is autem cui sorte obuenerat recusasset plectabatur: quod illud plus aequo appetentis esset hoc superbi & fastidiosi nimis & communia contempnentis putaret. Statuit autem in centum annos leges omnes ratas haberi: & in ligneis tabulis descriptae sunt quos Axonas appellauit: quorum paruae quidem reliquae in Prytaneo ad nostram usque memoriam peruenerunt eos ut Aristoteles tradit cirbes nuncupabant. Et Cratinus comicus quodam loco de Solone & Dracone ait: quibus non iam legamina & ficus cirbibus siccant. Quidam uero opinantur in quibus sacra tantum solemnium continentur cirbes Axones autem reliquos appellari. Comuni igitur iureiurando astrinxit se senatus Solonis leges ratas habituras: priuati et singuli in foro ad lapidem adito iuramento: se siquid contra eas constitutiones commissum fuerit: auream statuam sui aequali pondere in Delphis posituros esse dixerunt. His igitur peractis cum animaduertisset Solon disproportionem mensium & commutationem uarietatemque lunae: quae neque in ortu neque in ortu cum sole conueniret. sed eadem plerumque die & assequeretur sole: & praeteriret: eam statuit ueterem & nouam appellari eiusque partem ante congressum eius sole finito mensi: & quae superesset: uenienti atque instanti mensi deberi arbitratus est: ut qui antea id quod apparet. Homerum audisset dicentem desinetis mensis atque instantis. Quae uero deinceps sequeretur dies eam calendae appellauit: nec uigesimo die mensis finiuit. reliquumque sequenti adiunxit: sed auferens atque dissoluens usque ad trigesimum quatenus luna lucem retineret. annumerauit. Latis igitur legibus cum se quotidie quidam adirent: qui laudarent uel improbarent aut etiam consulerent scriptis adicere aliquid aut detrahere permulti aut aderant qui peterent responderentque iubentes: ut quo pacto singula se haberent eorumque sententiam edoceret atque declararet. perspicies haec & negare absurdum esse & facere inuidiosum futurum: statuit his se difficultatibus liberare: offensionemque ciuium & calumniam effugere. In magnis. n. rebus administrandis difficillimum est (ut ipse inquit) omnibus posse placere. Itaque quo erroris sui causam tegeret: fortitus nauis administrationem athenis nauigauit: cum impetrasset ab atheniensibus ut ab urbe sibi decem annos abesse liceret. Sperabat. n. eo tempore leges usum & consuetudine ciuibus gratiores fieri. Primum igitur in Aegyptum applicuit: ibique aliquandiu moram traxit: ut ipse primum affirmat. Hostia quae mihi resonant uicina canopi. Quoddam et tempus apud Psenophem Heliopolitam & Sonchem Saitam eloquentissimos & sapientissimos sacerdotum philosophiae operam dedit: & praesens atlantico sermone inter fuit: ut a Platone scribitur: eunque est carminibus graecis conatus exprimere. Deinde in Cyprum delatus: a Phylocipro quodam ex eius loci regibus honorificentissime exceptus est: qui paruam ciuitatem a Demophonte Thesei filio conditam habitataque tenebat in locis munitis quidem: uerum difficilibus & incultis positam. Suasit igitur illi Solon: ut nactus amoeniorem locum ciuitatem eo traduceret: eaque iocundiorum & maiorem pararet: & ipse ad eam rem adiutor se praebuit: & una ciuitatem optime & ad disciplinam & ad securitatem instituit. Quae res habitatores complures Phylocipro comparauit. & caeteros reges ad aemulationem concitauit. Quare cum Soloni gratiam referre uellet: urbem ante id tempus Epenam appellatam ab eo Solos nuncupauit. & ipse Solon huius conditae urbis mentionem fecit. In elegiis. n. Phylocyprum uocans ita alloquitur: Tu nunc sceptrum tenens solius per saecula foelix Regens hancque urbem post genus omne cole. Me cypris antiquo celeri cum puppe remittat Littore quae uiolis frondea ferta gerit. Et mihi post tanto nomen per munere graes Soluat: & in patriam diua secundet iter. Eius autem cum Croeso congressum & colloquium quoddam ut ficta temporibus arguere. Ego autem famam adeo celebratam: & tot grauissimis testibus comprobata: & quae imprimis Solonis moribus conuenire & eius animi magnitudine & sapientia digna esse uidetur: annalibus quibusdam canonibus nuncupatis permittendam non arbitror: quos infiniti pene usque in hanc diem emendare conati: repugnantias eorum tollere ullo modo nequierunt. Soloni igitur cum rogatu Croesi in Sardos se conuulisset: idem quod terrestri homini cum ad mare primum descendit: euenisse ferunt. Ille. n. mare aspiciens fluuios